Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-135531-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-135531-p0002-1

# Elucidarius carminum et hi
ſtoriarum. Vel Vocabularius poeticus: continens fa
bulas/hiſtorias/prouincias/vrbes/inſulas/fluuios
& montes illuſtres: diligenter denuo reuiſus.

## Item vocabula ꝛ interpretatio
nes gręcorum & hebraicorum: vnacum voca
bulis cõmunibus ſaracenorum in lati-
num tranſlatis: & alijs in fine
adiunctis.

# PROLOGVS.

Cum permulta quotidie in lucem prodeant elegantia carmina a do-
ctiſſimis ingenijs elucubrata: in quibus tamen aliquę ſemper difficulta
tes ſunt quę rudem maxime lectorem teneant irretitū: ſępe rogatus ſum
a plęriſq; ſtudioſis vt in hoc aut illud poema cōmentariolum ſcriberē:
Quorum precibus ſemel atq; iterum (quę mea facilitas: ne dicam teme
ritas eſt) vt potui ſatiſfeci. Tandem vero animaduertens in diuerſis &
multis libris vnum atq; idem ſępius explanandū occurrerę: operepre-
cium duxi fore: ſi in vnum libellum redigerentur ea vocabula quibus
poetę frequentius vtuntur: Hoc eſt: fabuloſorum deorū: illuſtriū homi
num: prouinciarum: inſularū: vrbium: fluuiorum: fontium: & mon-
tium nomina: item patronymica quę magnam ſępe nubem legentibus
obijciunt. Hęc igitur multas poeticas fabulas: multas etiā priſcas hiſto
rias quanta potuimus breuitate per ordinē alphabeti collegimus: ſtu-
dioſis lectoribus quibus aliunde nō eſt adiumentū prodeſſe cupientes.
Quod opuſculū noſtrum non in poeſi tm̄: ſed in hiſtorijs etiā ſanctoꝝ
perutile futurū exiſtimamus: cum hic velut in ſpeculo videre liceat vbi
terrarum ſint ea loca in quibus ſancti homines aut vixerunt aut mor-
tui ſunt. Quę omnia vt facilius inuenias amice lector: ſcito ꝙ ortogra-
phiam ſequuti multa nomina quę initio ſonant e ſcripſimus per æ vel
œ: vt ægyptus: œbalia: Multa etiā quę ſonant f ſcripta ſunt per ph: vt
phlegeton: phaethon: quod aliqui male ſcribunt phoethon vel phęton
Debes ergo diligenter quod ſcire vis quęrere nec vno tm̄ loco: ſed plu
ribus. quia forſan inter aſpirata cōperies quod alibi quęrebas. Vt aūt
huic opuſculo fides habeatur: nouerint qui legent id ex multis & pro-
batis autoribus eſſe collectum: videlicet ex Saluſtio: Liuio: Strabone:
Plinio: Iuſtino: Virgilio: Naſone: Perotto: Tortellio: a quo tamen in-
terdū grauiori fretus autoritate deſciui. Ex varijs etiā poetarū interpre
tibus aliqua ſumpſimus: & ex gręco item vocabulario fratris Ioannis
Caſtroni Carmelitę: quod λεξικον κατα στοιχειων inſcribitur.
Porro nemo culpet ꝙ fabulas ſcripſimus: quę etiā in ſacris libris quan
doq; ſunt neceſſarię cognitu. Quod is demum fatebitur qui diui Augu
ſtini diuiq; Hieronymi ſcripta perlegit. Verū a pluribus eſt iampridē
accurate defenſa cauſa poeſeos. Nec tamen vnq; defuturus eſt nequiſſi-
mus Zoilus omnium eorū qui de literis benemereri ſtudent: impuden
tiſſimus calumniator calchographorum. Siqua erunt errata: mihi quę
ſo nō imputentur. Vale lector: Torrentinū tui ſtudioſum mutuo amo
re proſequere.

Abas rex argiuorũ duodecimus: pater Proeti & Acriſij & auus Perſei: qui oẽs ab ipſo appellant abantiadę. Abas alius fuit troianus nobilis & comes Aeneę: & facit genitiuũ abantis.

Abantis inſula que etiã euboia dicit̃.

Abantes populus euboię inſulę.

Abatos media curta inſula in finibus ęgypti circa memphim: circundata ſtyge palude. In qua inſula ſepultus fuit Oſyris rex: de quo infra.

Abdera ę longa vrbs thracię. Alio nomine poſt dicta clazomene. Inde abderites .i. aliquis de abdera.

Abydus y longa fuit vrbs aſię ad helleſpontũ ſita: patria Leandri: de q̃ infra. Inde Abydęus vel abydenus.

Abila eſt altus mõs mauritanię ad mare quod africã ſeparat ab europa.

Abile vero oppoſitus eſt mõs in alpe hiſpanię: & hi montes vocant̃ colũnę herculis.

Aborigines erãt antiquiſſima gens p̃ italiã ſparſa: qui tandẽ cũ troianis romã cõdiderunt: vt ait Saluſtius.

Abſyrtus filius Aeetę regis colchorũ. Alio noĩe Aegialeus: quẽ ſoror eius Medea ſequens Iaſonẽ lacerauit: vt ſic retardaret patrẽ volentẽ eã retrahere a fuga: Vnde locus ille dictus eſt tomos .i. inciſio.

Academia fuit locus nemoroſus: mille paſſibus diſtans ab Athenis: & ab Academo quodã heroe denoĩatus. In hoc loco fuit villa vbi Plato natus et philoſophatus eſt. Vñ academici philoſophi dicti ſunt qui Platonẽ ſequebant̃. Erãt etiã noui academici q̃ nihil affirmabant: & nihil ſcire poſſe aſſerebãt. Item academia fuit villa. M. Tullij in cãpania iuxta puteolos.

Accaron vrbs paleſtinę in iudea.

Achaia eſt ampla regio gręcię: & pene inſula: nã ęgeo & Ionio mari cingit̃ pręter exiguã partẽ. In vno fine q̃ duo maria p̃dicta cõueniunt ſita fuit corinthus vrbs olim ditiſſima. Eadẽ regio etiã dicta eſt peloponeſus & danaa. Nunc vulgo morea vocatur.

Achęus & Achiu⁹ eſt aliq̃s de achaia.

Achęmenes penultima breuiata fuit primus rex perſarũ: a q̃ poſtea reges omnes deſcenderunt vſq; ad Dariũ: & vocati ſunt achemenidę.

Achęmenius .i. perſicus vel parthicus Luca. Paſſus achęmenijs lõge decurrere campis. Ab Achęmene rege.

Achantus fuit puer regius cõuerſus in arborẽ. Eſt em̃ ſpina ęgyptia ſemper frondens.

Acarnania eſt regio & pars epiri: quã Achelous amnis ab ętolia ſeparat.

Acarnanus .i. aliquis de acarnania.

Achates fluuius ſicilię: & lapis apud illũ fluuiũ primo repertus. Item ſm̃ Virgiliũ fuit comes Aeneę.

Aceſtes rex Sicilię filius crimniſſi fluminis & Segeſtę troianę.

Achelous filius Oceani & tethyos cũ Hercule duello certauit p̃ deianira filia Oenei regis calidonię. Sed videns Herculẽ fortiorẽ ſe vertit primo in ſerpentẽ: deinde in taurũ: cui Hercules amputauit cornu: quod copię comitũ fortunę datum eſt. Tunc victus achelous ſe occultauit in fluuio: qui ab eo denominatus eſt. Nam reuera Achelous eſt fluuius gręcię: qui oritur in monte pindo: & ętoliam ab acarnania diuidens: tandem in maliacũ mare deſcendit.

Acheron dicit̃ a poetis fluuius inferorũ: quaſi ſine gaudio. Itẽ ſm̃ Pliniũ ẽ fluuius lucanię. Seruius aũt ſcribit eſſe locũ in campania montibus ſeptũ: vbi necromantia exercebat̃.

Acheruſia palus iuxta cumas oriẽs ex acheronte. Itẽ lacus theſprotię in epiro: ex quo lacu p̃fluit amnis acheron qui in ambratiũ ſinum defertur.

Acidalia dicit̃ venus: ab acidalio fonte



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-135531-p0005-8

boetię: qui ſacratus fuit gratijs & ve
neri.
Acontius iuuenis ex inſula cęa ꝓiect⁹
in delū ad ſacra dianę exarſit in amo
rē Cydippes puellę nobilis: vnde no
uā fraudē cōmētus ſcripſit in pomo
hos verſus. Iuro tibi ſane ꝑ myſtica
ſacrę dianę: Me tibi venturā comitē
ſponſamq; futurā. Hoc pomū Acon
tius iecit in ſinū cydippes. Quę ver/
ſus legens iurauit imprudens: & illi
nubere etiā morbo coacta eſt.
Achilles vel achileus heros gręcorum
fortiſſimus fili⁹ Pellei regis theſſalię
& thetidis filię chironis: occiſus tan
dē fraudulēter a Paride apud troiā in
tēplo Apollinis: q̄ venerat ſub indu
cijs: vt duceret Pollixenā filiā priami
Fuit aūt inuulnerabilis: p̄terq; ī ꝑte
pedis q̄ thetis eū puerū tenuit dū ei⁹
rei gratia ipm aqua ſtygia īmerſit: ſe
pultus fuit in ſygęo ꝓmōtorio troię
Acronides vn⁹ cyclopū: vide brōtes
Acriſius rex argiuorū: filius Abantis:
qui cū haberet vnicā filiā noīe dana
en: & audiſſet ab oraculo q̄ a nepote
ſuo eſſet occidendus: filiā in turri cō/
cluſit: ne fili⁹ ex ea naſceret̄. Vide Da
nae. Alius fuit acriſius auus vlyſſis.
Acroceraunia ſunt excelſi montes epi
ri diuidētes ioniū mare ab adriatico.
Alij ſunt eodē noīe mōtes inter arme
niā & iberiā: dicti a fulminibus qui
bus impetunt̄. Nā ακρος mōs vel
ſummitas: κεραυνος vo fulmen
Acrocorinthus eſt altus mōs inter ęge
um & ionium mare: ſub cuius radi/
ce eſt vrbs corinthus.
Acron fuit ceninenſium rex in italia:
quē Romulus ſingulari certamīe vi
cit & occidit: & eius arma Ioui feře/
trio vt opima ſpolia dedicauit.
Actęon ariſtei fili⁹ ex antone filia cad
mi: cū poſt venationē petiſſet ſecre/
tū fluuiū: vidit ibi dianā ſe nudā la/
uantē: q̄ indignata mutauit eū in cer
uū: & cū domū redire vellet lacera/
tus eſt a canib⁹ ſuis. Oui. Inſcius actę
on vidit ſine veſte dianā. Pręda ſuis
canibus nō minus ille fuit.
Actium oppidū epiri & ꝓmontoriū
ad mare vbi Auguſtus Antoniū vi
cit nauali pręlio.
Actorides. i. patroclus nepos actoris.
Adiabena regio oriētalis ꝓpe aſſyriā.
Admetus e ꝓducta fuit rex theſſalię:
cui⁹ armēta nouē annis pauit apollo
Adonis o ꝓducta fili⁹ cynare regis cy
pri ex myrtha filia ſua: qui cū formo
ſus eſſet amabat̄ a venere. Tandē ab
apro necatus eſt: cui & annua lugēdi
feſta ſunt inſtituta: & cruor in florē
mutatus fabulat̄. Tēplū habuit ado
nis in biblo vrbe phenicię: vbi pater
eius regnauerat. Itē adonis dicit̄ flu/
uius prope biblū vrbem.
Adraſtus rex argiuorꝫ: q thebanis bel
lū mouit ꝓ Polynice genero ſuo.
Adria fuit vrbs italię ad mare qd' ab
ea vocat̄ adriaticū vel adriacū. Poni
tur etiā adria ꝓ ipſo mari.
¶ Sequētia ꝑ æ diphthōgon ſcribunt̄.
Aeas fluuius epiri ex macedonia ꝓflu
ens in ioniū mare. Luca. Purus id oc
caſum parui ſed gurgitis ęas.
Aeacus iouis filius ex ęgina q regna/
uit in inſula ęnopia quā ipe vocauit
a mr̄e ſua ęginā. hic dr̄ eſſe iudex infe
rorū cū rhadamāto & minoe. Oui.
Tuaſq; ęacus ī pęnas īgenioſus erit.
Aeacides. i. achilles ęaci nepos: nā ęa/
ci filius fuit Peleus pater achillis.
Aedon mons thracię. Inde ędonus poſ
ſeſſiuū. Virg. Ac velut ędo in boreę
cū ſpiritus alto &c̄.
Aedonis dicit̄ mulier de thracia.
Aedon ꝑ tris ſyllabas eſt philomela.
Aeeta vel ęetes rex colchorū pater me
deę. Statius. Nō tulit ętes ferroq; et
claſſe ſecutus. Inde Aeetias patrony
micū. i. medea filia Aeetę.
Aeea vrbs colchorꝫ ad phaſim fluuiū
Aegeus rex athenarū pater theſei: qui
ob dolorē quem de falſa filij morte
habebat: ſe deiecit in mare: quod ab
ipſo vocatur ęgeum.

Aegeū mare eſt & ꝓpe grȩciā amplū
& multas habens inſulas: dictū ab
Aegeo rege: vel a q̄dā in eo ſaxo qđ
habet ſpeciē ȩgos.i.caprȩ. Eſt aūt in
ter helleſpontū & tenedum.

Aeggon fuit gigas titani & terrȩ fili⁹:
qui & briareus dicit̄. quē ioui rebel/
lantē Neptunus ligauit ad ſcopulos
ȩgei maris. Statius. Audierat duros
laxantē ȩggona nexus. Virgi. Aeggō
qualis centū cui brachia dicūt: Cen/
tenaſq; manus: qnq̄ginta orib⁹ ignē

Aegina filia aſopi regis boetiȩ quā Iu
piter in ſpecie ignis grauidauit: ex ea
genuit Aeacū & Rhadamantū. Eſt
etiā inſula in q̄ regnauit ȩacus q̄ pri⁹
ȩnopia dicebat̄. Sed ait Ouidi⁹. Aea/
cus ȩgina genitricis noīe dixit.

Aegeria fuit nympha nemoris aricini
& vxor Numȩ regis: q̄ mortuo ipſa
p̄ fletu verſa eſt in fontē: vt fabulat̄
Ouidius. xv. metamorphoſeos.

Aegyptus eſt regio africȩ: q̄ ab oriēte
iungit̄ aſſyriȩ & rubro mari: ab occi
dēte cyrenē habet: a meridie ȩthiopiā
a ſeptētrione mare ȩgyptiū. Plini⁹ tn̄
ȩgyptū ponit in aſia: lȝ ꝓxime africā

Aello ꝑ tres ſylla. eſt vna de harpyis.

Aegiſthus filius thieſtis ex polepeia fi
lia ſua. Cum em̄ thieſtes adulteraſſet
Aeropē vxorē fratris ſui atrei atreus
filios fratris occidit: & illi comeden/
dos apppoſuit. Thieſtes vͦo ex oracu
lo didicit ꝙ ex filia ſua gigneret filiū
q̄ vindicaret h̄ nephas. Igit̄ ȩgiſthus
cū adoleuiſſet occidit atreum: deinde
eius filiū agamennonē adiuuāte cly/
temneſtra agamēnonis vxore. Ipē qȝ
ȩgiſthus ab Oreſte filio Agamenno
nis peremptus eſt.

Aegiochus dicit̄ iupiter: ab ȩgos. i. ca/
prȩ memoria: a qua puer fuit nutrit⁹
in creta inſula.

Aegle fuit nympha filia ſolis ex neȩra

Aegos fluuius Thraciȩ in quē decidit
de ſole ſaxum eo die quo p̄dictū erat
ab anaxagora philoſopho.

Aemylia eſt regio italiȩ q̄ & flamina
dicit̄: in q̄ bononia eſt & imola & rā
uenna.

Aeneas nobilis troianus: Anchiſȩ &
veneris filius poſt excidiū troianum
poſt lōgos errores in italiā venit: vt
ſcripſit Virgilius.

Aeolus fili⁹ iouis ex aceſta filia hippo
tȩ troiani: a q̄ dicit̄ hippotades. Oui.
Aeolon hippotadē cohibentē carcere
ventos. Hic regnauit in ȩolia: & in/
uenit rationē vētorū & flatus illoꝝ
p̄dixit. vn̄ rex & de⁹ vētoꝝ dr̄ a poe

Aeolia eſt regio ſeptē inſularū (etis.
inter italiā & ſiciliā q̄ & vulcaniȩ di
cunt̄. ſ. lippare: hiera: ſtrongile: didi/
me: eriphiſa: phenicuſa: prochyta.

Aeolis vel ȩolia eſt regio grȩcorū in
aſia: inter ioniā & troadē ſita: hinc di
cit̄ ȩolica lingua vna grȩcorum

Aeolis. i. filia Aeoli nomīe canace: vi
de infra Canace.

Aemonia eſt regio grȩciȩ: alio nomine
theſſalia.

Aemus eſt mōs thraciȩ: vel inter thra
ciam ac theſſaliam

Aeonocauma eſt mōs excelſus in ȩthi
opia ſemꝑ ardens.

Aeropis o ꝓducta: fuit vxor atrei a thi
eſte adulterio corrupta. Ouidi. Si nō
ȩropem frater ſceleratus amaſſet

Aeſacus fluui⁹ troianus ad idā montē
Itē filius Priami regis q̄ cū in ſilua ſe
queret̄ eperien puellā: & illa fugiēs a
ſerpente fuiſſet occiſa: ipē doloris &
amoris impatiētia cū de ſcopulo ſe ie
ciſſet in mare a thetide mutatus ē in
auē mergū: vt ait Oui. xi. metamor.

Aeſchines orator athenienſis: ȩmulus
Demoſthenis.

Aeſchylus poeta grȩcus tragicus anti
quus: necatus ab aq̄la teſtudinē ſuꝑ
caluū caput ei⁹ dormiētis demittēte

Aeſculapi⁹ apollinis & coronidis nim
phȩ filius: medicinȩ deus habitus. Itē
a Ioue fulmine occiſus eo ꝙ hyppoli
tū arte medica reduxiſſet ad vitā. Co
lebat̄ hic primo epidauri: vn̄ vocat̄
epidaurius. & colebat̄ in ſpecie ſerpē

tis. Nā rhomanis in epidaurū ꝓfectiſ
tpe peſtilentię: vt ęſculapiū rhomā
portarent: ſerpens grandis nauem in
greſſus eſt: quē illi deū ęſculapiū eſ-
ſe rati ſecum duxerunt.
Aeſquilie mōs aut locus in vrbe rho-
ma. Alij ſcribūt exquile. vide ĩfra ĩ E
Aeſon critei fili⁹: frater pelię regis teſ
ſalię & pater Iaſonis q ab eo vocatur
ęſonides. Aeſonē ꝟo medea rogatu Ia
ſonis de ſene iuuenē fecit ſuis veneſi-
Aethra vxor ęgei materq; theſei. (cijs
Aethna mons ſicilię quondā ꝑpetuo
igne terribilis: et qn̄q; globos igneos
longius emittens. Inde ęthnacus.
Aetolia eſt regio gręcię ĩter acarnaniā
& phocidē: in qua ſūt vrbes calydō
alenos & pleuron. Inde Aetolus o ꝑ
ducta: aliquis de ętolia. Virgil. Non
erit auxilio nobis ętolus & arpi.
Aethon vnus equorū ſolis. Itē equus
hectoris & palantis ſm̄ Virgilium.
Aethiopia eſt regio ĩter arabiā & ęgy
ptū verſus auſtrū: nigros hoīes pre
nimio calore ꝓducēs. Vnde dicuntur
ęthiopes a gręco verbo αιθω: qd̓
eſt vro vel incendo.
Agamennon filius atrei rex mycenarꝝ
& frater menelai: qui a troiano bello
reuerſus a clytemneſtra vxore & ęgi
ſtho adultero fuit occiſus.
Ananippe fons in aonia muſis ſacer.
Vnde muſę dicunt̄ aganippides.
Agathyrſi ppl's ſcythicus ceruleo ca-
Agathocles tyrānus ſicilię hu (pillo
mili genere natus vtpote figuli filius
q ꝑ multa ſcelera inuaſit tyrannidē:
multaq; geſſit bella cū carthaginēſi-
bus varia fortuna: de q̄ Iuſtin⁹. xxij.
Agaue filia cadmi & vxor echionis q̄
inter bacchanalia filiū ſuum penthea
regē thebarū necauit. Horati. Quid
caput abſciſum demēs cū portat aga
ue &c̄. Iuuuenalis accipit pro thebai
de Statij: Eſurit intactam paridi niſi
vendit agauen.
Agenor e lōga rex phenicum filius be
li: & pater cadmi.

Agilla vetus vrbs thuſcię: q̄ & Cęre
dicta eſt.
Agylleus eſt agnomen apollinis: ab
eo ꝙ in vijs publicis colebat̄. Nam
αγυια eſt via.
Agis rex lacedemoniorꝝ occiſus a ſuis
ciuibus in carcere: eo ꝙ leges Lycur
gi reducere: & bona publicare vellet
Aglagia eſt vna gratiarū & interp̄tat̄
claritudo.
Agragas oppidū ſicilię: qd̓ & agrigen
Aglauros filia erithei regis (tū dicit̄.
athenarū: a mercurio in ſaxū mutata
Ouidius. ij. metamorphoſeos.
Agrippa fili⁹ ariſtoboli filij magni he
rodis: a tyberio cęſare cōiectus in car
cerē: ſed a Caio cęſare rex iudeę fact⁹
Agrippa alius fuit inter ꝓceres augu-
ſti victoria nauali cōtra Sextū Pom
peiū inſignis: & gener auguſti.
Agrippina fuit filia M. agrippę p̄dicti
Alia fuit mater Neronis. q̄ poſt viri
mortē Claudio cęſari nupſit: & filio
ſuo imperiū obtinuit ad ſuā & toti⁹
vrbis ꝑniciē. Itē agrippina ē inſignis
vrbs inferioris germanię metropol̄
& colonia romanorū. Vn̄ vulgo dr̄
Aiax thelamonis filius ex (colonia.
heſione filia laomedōtis: fortiſſimus
gręcorū poſt achillē. ſed achille occi
ſo cū illius arma peteret aiax: & vlyſ
ſes eloq̄ntia ſua a iudicib⁹ illa accepiſ
ſet: aiax p̄ ira inſaniens pecora multa
occidit: credēs vlyſſen cū ſocijs illi⁹
ſe occidere. deīde etiā ſeip̄m occidit de
cui⁹ cruore (vt ait Oui.) flos hyacin
thus creuit. Alter eodē tpe fuit aiax
oilei fili⁹ rex locrenſiū velox pedib⁹
& perit⁹ haſtę vibrandę. Hic capta
troia caſſandrā virginē & vatē in tē
plo palladis violauit: ꝓpterea domū
repetēs fulmine exuſtus eſt ĩ mari cū
Alani ppl's ſcythicus ꝓpe (ſua naui.
iſtrū. Lucan⁹. Et ſequerer duros eter
ni martis alanos.
Alba fuit vrbs in latio condita ab aſca
nio filio ęneę quā tullus hoſtili⁹ rex
rhomanus euertit. Eſt altera alba ci-

tritas lombardię: a q̃ fit albenſis. nam a priore alba dicitur albanus.
Albania eſt regio oriẽtalis ĩter colchū & armeniā. Altera nunc vocaẽ albania inter illiricū & macedoniā: in q̃ eſt vrbs dirachium.
Albula eſt fluuius ex apẽnino rhomā fluens: alio noĩe tyberis. Sed albula nomen antiquius eſt.
Alburnus mons Lucanię
Alcæus poeta lyricus mythileus. Sappho. Nec plus alcęus conſors patrię ꝗ lyręq; Laudis habet: ꝗuis grandius ille ſonet. Alius fuit auus hercuł
Alceſte vel alceſtis fuit vxor admeti regis theſſalię: q̃ ꝓ viri ſalute ſe morti tradidit. nā rege egrotante reſponſum fuit ab oraculo ꝙ breui moreref niſi quis amicorū ꝓ eo morti ſe traderet: quod cū oẽs recuſarent: ipſa prōptiſſimā ſe obtulit.
Alcibiades vir athenienſis pulcherrimus: nobiliſſimus: eloquẽtiſſimus: & bellicę rei peritiſſimus: ſed ita plenus oibus vitijs: vt neſcias vtrū virtute an malicia fuerit inſignior.
Alcida fuit belua terribilis & ignẽ vomens: a Pallade tandem occiſa.
Alcides ĩ ꝓducta dicit Hercules vel ab alcęo auo ſuo: vel a gręco nomĩe alci quod eſt robur.
Alcinous rex phæacū in corcyra inſula diligẽs hortorū cultor: qui vlyſſem naufragū ꝑhumaniter accepit.
Alcman poeta lyricus primus: pediculari morbo mortuus.
Alcmaus vel alcmeon filius amphiarai auguris: qui in vltionẽ patris ſui matrẽ occidit. Vide infra Eriphile.
Alcmena electrionis filia & amphitrionis vxor: ex q̃ iupiter genuit hercuſlẽ.
Alcmæon crotoniates philoſophus: auditor Pythagorę qui primꝰ de natura rerū ſcripſit.
Alcon ſagittarius cretenſis: cuius filiū cū draco cōplexus eſſet: tanta arte ſagittam direxit vt illeſo filio necaret draconem.

Alecto eſt vna triū furiarū infernaliū aliarū noĩa ſunt Megera & Tiſiphone: & dicunẽ filię acherōtis & noctis
Aleria vrbs & rhomana colonia ĩ corſica inſula.
Alemani ſunt germani vel teutoni: dicti ab alemano fluuio vel manno filio teutonis.
Alexandria vrbs ęgypti caput: ab alexandro magno cōdita ꝓpe oſtiū nili: qđ canopicū dicit. Aliā eodẽ nomĩe ſtruxit idẽ rex ĩ aſia: aliā itẽ ĩ ſcythia ſup tanaim. Dicit etiā alexandrea e ꝓducta. Propertius: Noxia alexādrea dolis aptiſſima tellus.
Alexandria etiā eſt vrbs ligurię vel lōbardię ab Alexandro pontifice maximo condita.
Alia vel allia fluuiꝰ nō lōge a rhoma diſtans: apud quẽ rhomanus exercitꝰ olim deletus fuit a gallis ſenonibꝰ duce Brenno. xv. kał. ſextilis. Luca. Et damnata diu rhomanis allia faſtis.
Alma paruus fluuius ad vrbem Rhomam.
Allobroges populus gallię iuxta rhodanū: nunc ſubaudienſes dicti.
Aloeus ꝑ eu diphthongū fuit gygas: titani & terrę filius: ex cuius vxore ipſimedia neptunꝰ genuit gemellos: ſcꝫ Oetū & ephialte: qui dicunẽ aloidę: & fuerūt maximi gygantes. Virgilius. Hic & aloidas geminos imania vidi Corpora: qui manibus magnū reſcindere coelū Aggreſſi &c. Claudianus. Cū gemini fratres genuit quos aſper aloeus Martẽ ſubdiderint vinclis.
Alpheus fluuius Achaię iuxta Piſam vrbem: teſte Plinio.
Alpes ſunt excelſi montes italiā ſeparantes a gallia & germania. Lucanꝰ. Gallica ꝑ gelidas rabies effundiẽ alpes. Hinc alpinus.
Althea filia Teſtij & vxor œnei regis ętolię & mater Meleagri: q̃ filiū fatali ſtipite combuſſit: vt infra diceẽ de Meleagro.

Amaracus puer regius ꝙ p̃cioſa ferens
vnguenta cecidit: & mortuus dicit
mutatus in herbā odoriferā ꝗ̃ & ſam
ſucus vocat. Virgilius. Vbi mollis
amaracus illum &c̄.
Amanus eſt mōs ꝙ ſyriā a cilicia ſeꝑat
Amalthea fuit nutrix Iouis infantis.
Nā meliſſus rex cretę duas filias ha/
cuit. ſ. amaltheā & meliſſam ꝗ̃ iouē
caprino lacte & melle nutriuerunt.
Alij dicunt illā caprā appellatā eſſe
amaltheam.
Amathus huiꝰ amathūtis eſt inſula ī
ęgeo mari ſacra veneri. Vir. Eſt ama
thus: eſt celſa mihi paphos atqꝫ cythe
ra. Etiā eſt oppidū cypri inſulę.
Amaſenus eſt fluuiꝰ volſcorū ī latio.
Etiā fluuius ſicelię. Oui. Necnō ſica
nias voluens amaſenus arenas.
Amaſis rex ęgypti. Lucanꝰ. Nō mihi
pyramidū tumulis euulſus amaſis.
Amazones erāt fœminę ſcythicę bel/
la gerētes & ſine viris habitātes. De
quibus multa Iuſtinus li. ij. In ſingu
lari numero dicit amazon qđ interp̄
tat ſine māma: quia puellis dextras
māmas deurebāt ne ſagittarū iactus
impediretur.
Ambracia fuit vrbs epiripus ab augu
ſto cū viciſſet antoniū dicta nicopol
Amerie oppidū vmbrię. Iñ amerinus
Amiclęarū. vrbs laconię: patria hele/
nę. Alia fuit in cāpania ꝗ̃ a ſerpētibꝰ
deleta fuit ſm Plinium.
Amon dr̄ iupiter in ſpecie arietis ſicut
colebat in lybia. Nā bacchus cū exer
citu in libya ſitiēs: ductu arietis īue/
nit fontē. Credēs igit arietē illū iouē
fuiſſe: tēplū ibi ſtruxit in ꝗ̊ poſuit ſi
mulacrū ariet. Et vocat amon. i. are
nariꝰ: qa tēplū ſitū eſt ī arenoſo loco
Amphiaraus oiclei filius argiuꝰ vates
& augur quā adraſius rex cōtra the/
banos bellaturus ſecū ducere voluit
ſed ipſe p̄ſciēs ſe illinc nō rediturū la/
tuit. Tandē ab eryphile vxore ſua ꝓ
ditus & ꝓficiſci coactus: primo die ꝗ̊
venit ad thebas hiatu terrę fuit abſor
ptus: vt ait Statius in thebaide.
Amphion filius Iouis ex antiope: rex
thebarū & inuētor muſices. vñ dicit
cantu ſaxa cōpoſuiſſe in murū. Hora
tius. Dictus & Amphion thebanę cō
ditor vrbis: Saxa mouere ſono teſtu
dinis & prece blanda &c̄.
Amphiſa fluuius in phocide.
Amphitryon thebanus princeps: ma
ritus alcmenę matris herculis: ꝙ ab
eo dicit amphitryoniades.
Amphitrite filia nerei & vxor neptu/
ni: & ponit ꝓ mari. Ouidiꝰ. Nec bra
chia longo Margine terrarū porrexe
rat amphitrite.
Amphriſus fluuiꝰ theſſalię iuxta quē
apollo pauit armenta regis admeti.
Lucanꝰ. Et flumine puro Irrigat am
phriſus famulātis paſcua phœbi.
Amphiſebena ſerpēs duobꝰ capitibus
ꝗ̊rꝫ alterū hꝫ in cauda. Luca. Et gra/
uis in geminū ſurgēs caput amphiſe
Ana fluuiꝰ hiſpanię ꝙ bethicā (bena.
& luſitaniā diuidit. Orit in aminita
no agro citerioris hiſpanię: & mō in
ſtagna ſe fundēs: mō in anguſtias re
ſorbens: aut in totū cuniculis cōdēs
& ſępius naſci gaudens in atlanticū
oceanum effunditur.
Anacreon poeta lyricus ex teo vrbe io
nū. vñ dicit: teius hic grandeuus aci
no vuę paſſę ſtrangulatus obijt.
Anacharſes ſcytha doctꝰ philoſophus
& frater cadnidi regis ſcytharū: a ꝗ̊ ī
venatiōe ſagitta fuit occiſus: eo ꝙ le
ges grçcorū ſcythis tradere conaret.
Anagrus fluuius theſſalię.
Anagnia ciuitas hernicorum in latio.
Virgil. Quos diues anagnia paſcit.
Anapis fluuius cilicię. Ouidi. Pręterit
& cyanem & fontes lenis anapis.
Anaxagoras pħs clazomenius ꝙ phi/
loſophię cauſa patriā reliqt opeſqꝫ cō
tēpſit: nā patriā ſibi cœlū eē dicebat.
Anaxarchus abderites pħs familiaris
Alexandro magno: occiſus tandem a
nicocreonte cypriorum pręfecto.
Anaximander mileſius philoſophus:

auditor thaletis et ſucceſſor. Qui pri
mus cœleſtia ſigna docuit.

Anaximenes auditor & ſucceſſor ana
ximandri: & magiſter anaxagorę.

Anaurus fluuius leuis in theſſalia q̄ſi
ſine aura.

Ancile fuit breue & rotūdū ſcutū ꝑla/
pſum cęlitus (vt aiūt) regnāte numa
q ad illius ſiſitudinē fieri curauit. xi.
talia: & p ſaltos deferri cū ſaltatiōe p.

Anchiſes troian⁹ nobilis fili⁹ (vrbē.
capyos filij aſſaraci fratr̄ Ili regis tro
iani q anchiſes ex venere genuit ęneā

Ancon vel ancona vrbs in piceno ad
mare adriaticū. Luca. Illic dalmaticis
obnoxia fluctibus ancon.

Ancus marti⁹ fuit q̄rt⁹ rex romanoꝝ

Andabate quidā populus clauſis ocu
lis pugnans.

Andes fuit vicus ꝓpe vrbē Mantuā:
vbi natus eſt Virgilius. vnde vocat̄
andinus vates.

Andes populus gallię in ꝓuincia turo
nenſi: q mō vocant̄ andeganenſes.

Androgeus filius Minois regis cretę:
occiſus doloſe ab atheniēſibus & me
garēſibus. Quare minos megerā va
ſtauit: & athenienſes coegit q̊tannis
mittere cretā ſeptē adoleſcētes & toti
dē puellas deuorādas a minotauro.

Andromache fuit vxor hectoris: quā
poſt excidium Troię Pyrrhus filius
achillis abduxit in gręciā: & ei Hele
nā filiū Priami virum dedit.

Andromeda filie cephi regis ęthyopū
& caſſiopes. q̄ ꝓpter ſuperbiā matr̄
a nymphis alligata fuit ſaxo & ma/
rinę belue expoſita in oppido ioppe.
Sed Perſius eā liberauit & vxorē du
xit. Eſt etiā cœleſte ſignū vel ſidus.

Andros inſula & oppidū in myrthoo
mari prima cycladum.

Anio vel anien fluuius ex alpibus flu
ens in tyberim.

Anitus fuit athenienſis diues q cū me
lito & lycone ſocratē accuſauit: &
occidi curauit. Et corripit mediam.

Antageus fuir gygas in libya vł mau
ritania: qui cū hercule ſingulari certa
mine cōgreſſus: quotiens ab hercule
ꝓſtratus terram tetigit totiēs fortior
ſurrexit. nā terra mater ei⁹ vires ei au
xit: quod notans hercules illū a ter/
ra cōtinuit: & ſic tandē occidit.

Antenor vnus e principibus troiano/
rū: qui patauiū in venetia condidit.

Anticira eſt inſula circa phocidē vbi
helleborū multū naſcit̄ vł optime tē
perat̄. Hora. Dāda eſt hellebori mul
to pars maxima auaris. Neſcio an an
ticyram ratio illis deſtinet omnem.

Antigone ſoror priami quā ob ſuꝑbiā
formę iuno vertit ī ciconiā. Alia fuit
œdippi filia q̄ patrē cecū ducebat &
deinde cū ꝓ morte fratrū ſuorū cor/
pora cremaret occiſa a creonte tyrāno

Antimachus poeta gręcus elegiarum
ſcriptor.

Antiopa filia nyctei & vxor Lici the
bani regis: ex qua iupiter ʒetū & am
phionē genuit. Vide Dirce.

Antiochia vrbs ſyrię ſeleuco nicano/
re filio antiochi facta.

Antiphantes rex laeſtrigonū Lami fi/
lius qui formias condidit oppidum.

Antiſthemes princeps cinicę ſectę ſo/
cratis auditor ad quem quotidie ibat
ex pirio. xl. ſtadijs.

Antiū fuit oppidū vetus ī latio iuxta
mare: nūc penitus dirutū. Erat ibi tē
plū fortunę: vt Horatius innuit.

Anubis filius oſiridis & iſidis: q qm̄
canibus gaudebat ab ęgyptijs: de⁹ ha
bitus eſt in ſpecie canis. Virgi. Omni
genūq; deū mōſtra et latrator anub.

Anxur oppidū volſcorū: alio nomine
taracina.

Aonia eſt pars montana boetię. Nam
aones erat ppł's vetuſtus in boetia: a
quibus aones montes dicti ſunt: in
quibus eſt fons aganippę q dicit̄ ao/
nius fons. Itē aonides vocant̄ muſę:
quibus ille fons dicatus fuit.

Appamea vrbs aſię minoris a ſeleuco

Appelles pictor p̄ſtantiſſimus (facta
ex inſula co vel ex epheſo: q moriēs

reliquit venerē imperfectam: quā ne
mo auſus eſt perficere.

Apidanus fluuius theſſalię: & corripit
da.

Apis lingua ęgyptiaca bos dicit: &
erat viuus bos quē colebāt ęgyptij:
ſed certo tpe ipſum ſubmergētes aliū
quęrebāt cum luctu.

Apitius nobilis rhomanus valde gu-
loſus: vñ ꝓ guloſo quocūq; accipit

Apia via eſt a rhoma in campaniā &
ad mare vſq; brundusiū: quā appius
claudius cōſul lapidibus ſtrauit.

Apollonia vrbs in epiro vel macedo
nię parte quę albania dicit. Alia apol
lonia eſt in ſyria: alia item in creta.

Apollo filius iouis et latonę: alio nōie
phoebus. habitus deus ſapiētię & va
ticinij & carminū. Itē deus bellicus:
vñ & citharā & arcū geſtare dicit.

Apoenninus mōs italię ampliſſimus:
ab alpibus aut liguria tendens ad ſi-
culū fretū: ac totā diuidens italiam.

Aponus o breui eſt fluuius Venetię
iuxta patauiū.

Appulia regio italię mari adriatico vi
cina: in qua ſunt vrbes barrū beneuē
tum luceria: & mons garganus.

Aphrica eſt tertia pars orbis terrę. ſ. in
ter aſiā & europā ad auſtrū ſita: inci
piens a finibus ęgypti & deſinēs ad
gaditanū fretū. In hac ſunt mauri: ge
tuli: numidę: garamantes: ęthiopes:
& nobilis vrbs Carthago.

Apher aliquis de aphrica. Luca. Et ſo
litus vacuis errare mapalibus apher.

Aphricus eſt ventus ab aphrica flans
ſcꝫ inter auſtrū & zephirum.

Aphrodita eſt venꝰ dicta ab αφροσ
qđ eſt ſpuma. nā de ſpuma maris na
ta dicit. Vide infra Venus.

Aquitania eſt pars gallię ꝓpinqua hi-
ſpanię: ſcꝫ a garunna flumine ad py-
reneum montem.

Aquila eſt vrbs aprutij vel brutiorū
poſt Rhomam.

Aquileia fuit olim clara vrbs venetię
& trāſpadanę regiōis caput. Sed ago
tis diruta ciues venetias migrarūt: et
pauper vicus piſcatorum nunc eſt.

Aquinum ciuitas campanię in via la
tina ad melpim fluuium: vt Strabo
autor eſt.

Arabia regio aſię maioris inter iudęā
& ęgyptū. Eſt aūt triplex arabia. ſ.
foelix: petrea & deſerta.

Arachne puella ī lydia lanificij & acu
pingendi doctiſſima: quę cū ſe palla
di in arte pręferret: & cū illa certare
nō metueret: pallas opus eius fregit.
At illa indignata ſe ſuſpendit: quam
Pallas in araneam mutauit. Ouidius
ſexto metamorpho.

Araris vel arar eſt fluuius gallię: qui
nunc ſagona dicit: & per burgundiā
fluens circa lugdunum rhodano mi
ſcetur.

Aracynthus mons acarnanię dicatus
olim mineruę. Lactantius autē grā-
maticus ait eſſe montē atticę.

Aratus poeta cylix qui de aſtronomia
verſibus ſcripſit.

Aratus alter fuit ſycionius princeps
optimus: qui patriam ſuam a tyran-
nide liberauit. De quo Tullius in ter
o libro de officijs.

Ararxes fluuius armenię ſuꝑ quē ma
gnus Alexander pontē fecit: & poſt
ea etiā cęſar auguſtus.

Arcas filius iouis & caliſtonis: a q̄ ar-
cades denominati ſunt. quos quia ve
tuſtiſſima gens eſt: fabulantur ante
ſolem & lunam fuiſſe ex arboribus
natos.

Arcadia eſt pars achaię mediterranea:
ante drymodis & pelaſgis dicta. in
ea ſunt aſini grandes.

Arceſilas pritaneus philoſophus aca-
demicus: auditor crantoris. Perſius:
Non ego curo Eſſe quod arceſilas.

Archemorus Lycurgi regis: Nemeę
filius: a ſerpente infans necatus: dum
nutrix quę ſitientibus argiuis fontē
oſtenderet: eū dimiſiſſet in gramine.
In cuius honorem inſtituti ſunt ludi
nemei. Alio nomīe dictus fuit ophel

tes. Vide in dictione Hyſiphile.

Archeptolemus fuit Hectoris auriga.

Archilochus filius Neſtoris: occiſus ad troiã. Alter fuit poeta lacedemonius iambici carminis inuentor. Horatius in arte poetica. Archilochum proprio rabies armauit iambo. Nam cũ licambes quidam archilocho filiam ſuam deſpondiſſet: ac deinde alteri tradidiſſet: poeta tam grauiter in illum ſcripſit: vt ille ſe ſuſpenderit.

Archimedes ſyracuſanus philoſophus & maximus geometra: qui primus ſpheram fecit. Occiſus per ignorantiam vel iracundiam a quodam rhomano milite: cum Marcellus conſul ſyracuſas cepiſſet: & illum (licet victoriam diu impediſſet) ſeruari mandaſſet: ſed bellicus furor conſulis edictum neglexit.

Architas terentinus: pythagoricus nobiliſſimus: qui Platonem cum a dionyſio tyranno necandus eſſet per epiſtolam eripuit: in omni genere virtutis ac ſciẽtię admirabilis: & princeps ſuę ciuitatis.

Arctos grece vrſa latine. Nam ad polum arcticum ſunt duę ſtellę quę vocantur arcti vel vrſę: & a nauigantibus obſeruantur: eo ꝙ nunquam occidunt. Maior vrſa dicitur Caliſto vel elice. Minor autem cynoſura nominatur. Hanc phenices obſeruant: illã vero greci. Cur vocentur vrſę: vide in dictione Caliſto.

Arctous vel arcticus: id ẽ borealis vel ſeptentrionalis.

Arctophylax quaſi vrſę cuſtos dicit: & eſt ſtella iuxta maiorem vrſam: quę & bootes dicitur. Eſt autem minor vrſa.

Arcturus eſt ſtella clara in zona arctophylacis. Quidam ſcribunt arcturũ & arctophylacem vel bootem eſſe vrſam minorem.

Ardea fuit vrbs rutulorũ in latio quaſi ardua: id eſt alta & in monte poſita: diſtãs a rhoma ſtadijs cẽtũ &.lx.

Arethuſa eſt fons apud ſyracuſas vrbem ſicilię. Fuit enĩ (vt fabulantur) virgo venatrix: quę cum in alpheo flumine ſe lauaret: ab illius fluminis deo amata fuit. cuius vim vt euaderet fugiens inuocauit dianam: & in fontem eſt mutata. Eſt etiam fons in metia: teſte Plinio.

Arelate vrbs gallię in prouincia narbonenſi.

Arretium vrbs thuſcię quadringentis ſtadijs a Peruſio diſtans.

Argia i producta fuit Adraſti regis argiuorum filia & vxor Polinicis: q̃ cum viri ſui in bello cęſi funus curaret a Creonte tyranno necata fuit.

Argos vetus & nobilis vrbs achaię: quod etiã dicitur argi pluraliter. Inde argiuus: argous & argolicus: de hac ciuitate exiſtens.

Argo fuit nauis longa qua Iaſon cũ quinquagintaquattuor heroibus nauigauit in Colchum ad afferendum vellus aureum. Dictum eſt aũt argo vel ab artificis nomine: vel a ſua velocitate. nam vetuſto nomine argo velocem ſignificat.

Argonautę dicuntur illi viri qui in argo nauigauerunt in colchon: ſcilicet Iaſon: Caſtor: Pollux: Hercules: & ceteri.

Argus filius Ariſtoris. qui centũ oculos habere fingitur. quorum tñ bini ſomnum acceperũt. De quo ait Ouidius in libro metamorphoſeos.

Centum luminibus cinctũ caput argus habebat:
Inque ſuis vicibus capiebãt bina quietẽ
Cetera ſeruabant atque in ſtatione manebant.

Huic Iuno cuſtodiendã dedit io mutatam in vaccã. Sed mercurius a Ioue miſſus dulcedine cantus ſopitum illum occidit. Oculos tamen argi Iuno indidit caudę pauonis: quę dicit auis iunonia.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-135531-p0013-2

Argiletũ erat locus rhomę iuxta palatiũ vbi dicit̃ argus ſepultus: & erat ibi taberna opificũ. Alij ab argilla dictum locum putant.

Ariadne filia minois regis cretę: q̃ theſeũ ingreſſurũ labyrinthũ adiuuit: & redeuntẽ in patriã ſecuta eſt: quã tñ ille deſeruit in inſula dia vel naxo. deinde Bacchus eã accepit vxorẽ. Cui venus dedit coronã quã bacchus. ix ſtellis o natã coelo impoſuit. Vñ eſt coeleſte ſidus qd' corona gnoſſa dicit̃.

Aricia fuit vrbs in latio poſt albanũ montẽ in appia via diſtans a rhoma ſtadijs centũ & ſexaginta. Inde aricinus adiectinum.

Arimaſpi ſunt ſcythicus in aſia pp̃lus vnũ tm̃ habẽs oculũ in fronte. Qui & cũ gryphibus bella gerũt ꝓ auro & ſmaragdis q̃ gryphes colligunt: arimaſpi nõ ſine piculis illis auferũt.

Ariminũ vrbs vetus ĩ flaminea iuxta rubiconẽ fluuiũ q̃ galliã a flaminea ſeparat. Et corripit penultima.

Arion citharedus e leſbo inſula char⁹ Periandro corinthiorũ tyrãno. Qui in italiã ꝓfectus arte ſua grandẽ pecuniã ꝓmeruit. Cũq; iterũ nauigaret in gręciã: & nautę ꝓpter ſuã pecuniã eũ vellẽt occidere: cythara canẽs delphinos allexit: quoꝝ vni⁹ dorſo inſiliens ſup illũ vectus eſt ad littus Vñ Virgi. ait. Inter delphinos arion.

Ariſtęus filius apollinis & cyrenes filię penei rex arcadię: q apũ & mellis vſum lactiſq; coagulũ prim⁹ iuenit

Ariſtides penul. ꝓdu. fuit athenienſis nobilis & ꝓbus: cuius iuſticiã nõ ferens Themiſtocles: eũ exilio decẽ annorũ dãnare curauit. Sed venietẽ cũ formidabili exercitu rege pſaꝝ xerxe ꝓ ſalute patrię reuocatus eſt. Tandẽ cũ multas pfecturas adminiſtraſſet: ita paup tñ obijt vt vix ſepeliri poſſet. Ali⁹ fuit theban⁹ pictor inſignis q primus animos & vult⁹ expſſit.

Ariſtippus cyrenes auditor Socratis: hic voluptatẽ ſtatuit eſſe ſummum bonũ: cui⁹ ſectatores dicti ſunt cyrenaici. hic etiã prim⁹ philoſophiã queſtui habuit: & dionyſio tyrãno adulabat̃: q̃re diogenes eũ vocauit regiũ canem.

Ariſtoteles fuit Platonis pater. Itẽ alter philoſophus peripatheticus.

Ariſtoteles ſtagyrites: id ẽ ex oppido ſtagyra: filius nicomachi medici. anno etatis ſuę. xvij. ꝓfectus athenas audiuit Platonẽ annis. xx. Deinde a Philippo rege accerſitus in macedoniã decẽ annis fuit circa diſciplinam Alexandri. Quo in aſiã ꝓfecto redijt athenas: & in lycio gymnaſio. xiij. annis docuit. Poſtea accuſatus ꝙ de dijs non recte ſentiret cedens inuidię abijt in chalcidẽ: ibiq; reliquum vitę tranſegit. Hęc ex Laertio.

Ariſtoxenes muſicus & ariſtotelis auditor.

Arpi vrbs apulię a diodemede cõdita: quę & argiripa dicitur.

Arpinũ fuit oppidũ volſcoꝝ ĩ latio: vñ Mari⁹ cõſul & Cicero fuerũt or(ti.)

Arſaces a breui: fuit primus rex pſaꝝ vel partoꝝ. Vñ oẽs partorũ reges vocantur arſacidę.

Armenia eſt regio aſię inter taurũ & caucaſum mõtes: & a cappadocia ad caſpiũ mare ꝓtenſa. Eſt aũt duplex: ſcilicet maior & minor.

Arnus fluuius rapaciſſimus ethrurię florentiam alluens.

Artabanus filius hytaſpis & frater darij regis perſarũ. Qui xerxi filio darij ſuaſit vt a bello gręcorũ abſtineret: eundẽq; poſtea obtruncauit ĩ regia. deinde ab artoxerxe ipe occiſus fuit

Artabri populus luſitanię: qui etiam arotebrę dicũt̃.

Artoxerxes filius xerxis rex pſarũ: q ex pellicib⁹ habuit filios. cxv. & ex iuſto matrimonio tres. ſ. dariũ: ochũ & ariaratẽ. q̃ꝝ darius a patre rex factus cõtra patrẽ leui de cauſa. l. fratribus cõiurauit. Qui oẽs cũ vxorib⁹ & filijs a rege ſunt occiſi. Iuſtinus.

Artemis e curta dicit̃ diana quaſi aero temis.i.aerem ſecans.

Artemius eſt mons achaię in argo.

Artemiſia vxor mauſoli regis carię: q̃ virũ dilexit ſupra humanę affectiõis modũ. Cui mortuo fecit monumentũ ſumptuoſiſſimũ: quod mauſoleũ dicit̃: de quo infra ſuo loco ſcribetur. Etiã eſt herba quędam.

Artemiſiũ dicit̃ lucus artemis.i.dianę

Artaxata vrbs armenię maioris ab hãnibale condita ad araxem fluuiũ. Et eſt tm̃ pluralis numeri. Iuuenal̃. Sic pretextatos referũt artexata mores.

Arueni populus gallię ꝓpe bituriges & heduos.

Aruiſium eſt ꝓmõtoriũ ĩ inſula chio vbi optima vina naſcunt̃. Et facit ad iectiuũ. Vina nouũ fundã calathis aruiſſia nectar.

Aruigarus rex britannię tempore Domitiani.

Arunci populus antiquus ĩ latio. Virgilius. Aruncos ita ferre ſenes.

Arunca vrbs eorum fuit.

Aſarus fluuius macedonię alluens vrbem Heracleam.

Aſcolon vrbs in idumea vel paleſtina Hinc Herodes rex iudeorũ dictus eſt aſcolonita.

Aſculum oppidũ piceni romana colonia.

Aſcanius filius ęneę troiani ex Creuſa coniuge: qui & iulus & ilus dictus eſt Itẽ fluuius phrygię vel bithynię

Aſcra vicus boetię ad heliconẽ patria Heſiodi poetę: qui ob id aſcrius dicit̃

Aſia eſt media pars orbis terrę: incipiens ab india quã ab europa fluui⁹ tanais: ab aphrica nilus ſeparat.

Aſia minor eſt pars aſię: ſcilicet q̃ fuit ſub imperio rhomanorũ: quę hodie turchia dicit̃. Et in ſe cõtinet phrygiã cariam: lyciam: lydiam: lycaoniam.

Aſylũ dicit̃ locus tutus: vnde neminẽ licet vi tollere. Nam dicit̃ ab a qđ eſt nõ: & συρω traho. Talis locus primo fuit athenis a Theſeo inſtitutus. Deinde rhomę a Romulo. Virgilius Hinc lucũ ingentẽ quẽ romulus acer aſylũ retulit. Ponit̃ etiã ꝓ tẽplo. Idẽ. Et iã porticib⁹ vacuis iunonis aſylo

Aſineſ oppidũ achaię. Lucanus. Quas aſine cautes &c̃.

Aſphaltus vel aſphaltites eſt lacus iudeę in ꝓuincia pentapoli: a quo nihil graue ſubmergi põt: & nihil gignit niſi bitumen: vnde mare mortuũ vocat̃. In eo loco fuerũt olim ʒodoma & gomorra: & duę alię vrbes q̃ propter nefandã populi luxuriã atq; libidinẽ coelitus exuſtę ſunt.

Aſopus o ꝓducta fluuius achaię.

Aſopis idos.i.filia aſopi ſcʒ ęgina. De qua ſupra.

Aſſaracus filius trois regis troiani: & frater ili regis. Aſſaracus aũt genuit capym: Capys anchiſen patrẽ ęneę.

Aſſyria eſt regio aſię: ab oriẽte habẽs indiã: ab occidente tigrim: ab auſtro mediã: ab aquilone cauſaſum.

Aſterie filia Cęi titani & ſoror latonę quas ambas vitiauit Iupiter.

Aſtyages vltimus rex medorũ a cyro nepote ſuo quẽ infantẽ expoſuerat regno priuatus. Iuſtinus primo.

Aſtyanax huius aſtyanacos filius hectoris & interpretat̃ vrbis ꝓtector. Hunc capta troia gręci de turre deiecerunt.

Aſtipalęa inſula in ęgeo vna cycladũ

Aſtręa filia aſtręi gygantis & aurorę vel ſm̃ alios filia iouis & temidis: q̃ ob ęquitatẽ ſuam iuſticia dicta eſt. Ouidius. Vltima coeleſtum terras aſtręa reliquit.

Aſturia regio hiſpanię ꝓpe luſitaniã: vel in gallętia: vbi ſunt equi breues: ſed veloces inceſſu: quę vocant̃ aſturcones.

Aſtur dicit̃ populus Aſię: aut aliquis de aſturia.

Atalanta virgo venatrix in arcadia filia Iaſij. Hęc cũ proceribus venit ad occidendũ aprũ deuaſtantẽ ętoliam: quẽ etiã ipſa prima vulnerauit. Qua

re Meleager filius regis ętolię ipſam adamauit: & vxorē duxit: cui filium peperit noīe Partenopeū: qui ad thebas occiſus fuit. Alia fuit filia Cęnei regis in ſcyro inſula: quę cum procis curſu certabat. Cūq; multos ſuperaſſet: & morte q̄ erat ſuperatorū pœna affeciſſet: hippomanes quidā nobilis adoleſcens eā dolo vel arte ſuperauit Nam venus ei dederat tria aurea poma: quę inter currendū per vices proiecit. Quę illa colligens retardata & ſuperata eſt: Tandē cū in templo cybeles coirent indignata dea: conuertit eos in leones. Ouidius. x. metamor.

Athamas media curta rex thebarū furore correptus: Learchū filiū ſuū pro leone occidit ſagittis. Quare territa vxor eius Ino cū altero filio ſuo palemone cucurrit ī mare. Vide infra Ino

Athamantis. i. Helle filia athamantis Vide Helle.

Atax fluuius gallię narbonēſis: ex pyreneo veniens.

Atella fuit oppidū oſcorū in campania: vbi grande amphitearrum erat. Vnde Atellanę comędię iaculatores & ſcurriles vocantur.

Athenodorus ſculptor marmorarius.

Athenion pictor maronites qui niſi iuuenis obiſſet oēs pictores ſuperaſſet vt ait Plinius.

Ateruus fluuius frentanorū prope pelignos.

Atheſis e curta fluuius venetię tridentū radens: deinde veronā diuidēs trāſit in adriaticū mare. Virgilius. Siue Padi ripis atheſim ſeu ꝓpter amenū.

Attilius regulus conſul romanus primo punico bello cū carthaginenſes ſępe viciſſet: tandē ꝑ inſidias captus fuit: & iuratus Romam miſſus eſt a carthaginenſibus pro ꝑmutandis captiuis. Sed cū Romā veniſſet: ꝑmutationē diſſuaſit & carthaginē captiuus rediit: vbi crudeliter eſt occiſus.

Atys puer phrygius amatus a cybele. Cui cum fidem datam non ſeruaſſet verſus in furorem genitalia ſibi amputauit. Alius fuit Atys filius Crœſi regis lydię: qui diu mutus cū vidiſſet hoſtem leuaſſe gladiū vt patrem occideret: ſubito timore loquutus eſt necem patris deprecans.

Atina fuit vetus vrbs campanię iuxta pontinas paludes.

Atlas ſuit rex mauritanię: qui aſtronomiam dicit̄ inueniſſe. Etiam eſt altus mōs mauritanię: qui columna cœli nominat̄ ab accolis: & poetę fingunt eſſe maximum gygantem qui cœlū ſuſtineat. Eſt etiā fluuius thracię ab ęmo fluens.

Atlantides dicunt̄ ſeptem filię atlantis vel heſperi fratris eius: vnde & heſperides vocant̄ pleiades. Vide infra.

Athos vel athon mons inter macedoniam & thraciam.

Atreus filius Pelopis & Hipodamię: rex mycenarum: qui filios fratris ſui Thyeſtis ſibi inſidiantis occidit: & illi comedendos appoſuit. Quare ſol tantum facinus abhorrens ſuū lumē abſcondit.

Atridę ſunt filij atrei: ſcilicet Agamemnon & Menelaus.

Atropos dicit̄ vna parcarum. Nā tres feruntur deę fatales. ſ. Clotho: Lacheſis & Atropos: quę vocant̄ etiā parcę: vt infra dicet̄.

Attalus fuit rex aſię vel pergami: qui a populo romano donatus eo regno cū liberos nō haberet populum romanum heredem fecit: vnde ſubſtantia eius ampliſſima romam eſt allata.

Attica vel Atte eſt regio gręcię inter achaiam & macedoniam ſita: in qua fuit vrbs athenis.

Athenę vrbs in attica: & rebus bellicis & bonis artibus celeberrima q̄ndam: nunc autē periit. Nomen autē ſumpſit a Pallade dea ſapientię: quę gręce dicit̄ Athena.

Atrebatum vrbs gallię belgicę in regione quę vulgo picardia dicit̄.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-135531-p0016-9

Aufidus fluuius apulię: & corripit i.
Auentinus eſt mons in vrbe roma iuxta tyberim: vbi templū eſt ſanctę Sabinę: quod olim Dianę fuit.
Auernus eſt lacus in campania iuxta baias: olim propter circūſtantes arbores tam fœtidus vt aues eum vitarent. Vnde greco nomine dictus eſt auernus: quaſi αορνος .i. ſine auibus. Ponit̃ p inferno vel propter fetorem: vel propter necromantiam quę ibi exercebatur.
Auenio vł auinio ciuitas in gallia narbonenſi.
Aulis eſt portus boetię vel euboię inſulę: quo cōuenerunt naues grecorū ad troiam proficiſcentium. Statiꝰ. Prima rates danaas hecateia congregat aulis. Hecateia .i. dianę ſacra.
Auras fluuiꝰ thracię: ab ęmo in iſtrū fluens.
Auſones populus antiquus in italia. Vnde ipſa italia vocatur auſonia.
Automedon fuit achillis auriga: & accipitur pro quocū qꝫ auriga.
Axius fluuius migdonię.
Azan mons arcadię: vbi Cybele colebat̃. Statius. Venit & ideis vlulatibus ęmulus azan.
Azotus ciuitas Paleſtinę.

Babylon vrbs grandis fuit ī chaldęa: a qua tota chaldea & meſopotamia dicta eſt babylonia. Habebat hęc vrbs in amplitudinē trecentorū & octoginta ſtadiorum: vel (vt ait Plinius) ſexaginta milia paſſuum. Muri erant alti ducentis pedibus: craſſi vero quinquaginta. Alia Babylon eſt in ęgypto a Cambyſe rege perſarum condita: vt ait Ioſephus.
Bacchus filius Iouis ex Semele: qui indiam bello vicit: & vſum vini tradidiſſe dicitur: vnde vocat̃ deus vini Vide infra Semele.
Baccha vel Bacchis mulier bacchi ſacerdos: vel ebrioſa.
Bactra pluraliter eſt regio ſcytharum in aſia.
Bactriani ſunt homines illius prouincię bellicoſi.
Bactrum vrbs in bactris.
Bactrius fluuius ibidem.
Bęnacus eſt lacus venetię circa Veronam vrbem.
Bęgrada flumen aphricę prope vticā vrbem media curta.
Baię oppidum campanię inter puteolos & miſenum ſecus mare: aeris temperie & edificiorū pulchritudine romanis olim frequentatū & celeberrimum: vbi ſumma fuit amęnitas. Horatius. Nullus in orbe locus baijs pręlucet amęnis. Martialis. Vt mille laudem flacce verſibus baias: Laudabo digne non tamen ſatis baias.
Baleares Inſulę duę in hiſpanico mari: vbi repertus primū fuit vſus fundarum: quibus ſolis telis vtebant̃ olim incolę. Hę inſulę vulgo vocant̃ maiorica & minorica.
Baltia inſula magna in oceano tridui nauigatione diſtans a litore ſcytharū. Inde Balthicū mare inter roſtochiū & brutiam.
Barce ciuitas aphricę in cyrenaica regione. Alio nomine Ptholomais.
Bardi erant vates aut magi aut philoſophi in gallia. Lucanus. Vos quoqꝫ qui fortes animas belloqꝫ peremptas Laudibus in longū vates dimittitis ęuū: Plurima ſecuri fudiſtis carmina bardi.
Barum eſt vrbs Apulię vel calabrię.
Baſſareus dicit̃ bacchus: a baſſara qui locus eſt lidię. Baſſaris idos .i. baccha vel ſacerdos bacchi.
Bathaui ſunt germanię populus in inſula rheni. Et inuenit̃ nunc media correpta: nunc producta. Iuuenalis. Hic petit euphratē iuuenis domitorqꝫ bathaui. Lucanus. Vangiones bathauiqꝫ truces &c.
Baucis fuit anus paup̄: quę cū viro

ſuo Palemone iouem & mercurium
ſuſceperunt hoſpitio: & tandē muta/
ti ſunt in arbores. Ouidiꝰ. viij. meta.

Bebrycia regio aſię: quę & bitinia di/
citur.

Belgę ſunt populi gallię proximi ger/
manis & rheno: ſcilicet treueri: colo/
nienſes: moguntini: remi: brabantini
flandrienſes & hanonienſes.

Belides dicunt̄ quinquaginta filię da/
nai filij beli & fratris ęgypti. Nā egy
ptus habens quinquaginta filios coe
git danaū fratrē ſuū: qui totidē filias
habuit: vt illas filijs ſuis cōiugio co/
pularet. Danaus vero id noluit: q̄m
ex oraculo didiciſſet ſe occidendū ab
vno filioꝝ fratris. Sed tn̄ ad nuptias
a fratre coactus imperauit filiabꝰ vt
viros ſuos prima nocte necarent: qđ
omnes fecerunt: pręter vnā hyperme
ſtram: quę viro ſuo lino aut linceo pe
percit: qui poſtea interfecit Danaum

Belus primus rex aſſyriorū: filiꝰ nem
rot: qui Babylonē condidit.

Bellona dea belli ſororqꝫ martis. Vir/
gilius. Et conſanguineo ſequit̄ bello
na flagello.

Bellorophon filius glauci regis ephy
rę adoleſcēs formoſus & ſumma vir
tute. Qui a Proeto priuatus regno:
iuſſus eſt illi ſeruire. Quare ſtheno/
bea Proeti vxor eum adamauit: ac de
ſtupro interpellauit: & ſpreta ab eo
coram rege ipſum falſi criminis accu
ſauit: quaſi eam voluiſſet opprimere
Prœtus igit̄ vxori credens Belloro/
phontē miſit ad heuriem: vel (vt alij
dicunt) ariobatem regem lycię patrē
ſthenobeę cū epiſtola qua crimen cō
tinebat̄. Ille vero varijs hoſtibus eū
vt occideret̄ obiecit. Sed bellorophon
ſemꝑ victor euaſit. Miſſus etiam vt
chimerā monſtrum necaret: aſcendit
pegaſum equū alatū: & hoc ꝑfecit.
Propter has virtutes rex heuries vel
ariobates ei dedit alteram filiā ſuam
in vxorem. Quod audiēs ſthenobea
ſeipſam necauit. Bellorophon tandē
in cœlum cum pegaſo volens aſcen
dere cum in altum veniſſet decidit:
ſed pegaſus inter ſydera poſitus fuit:
vt fabulantur.

Beneuentum ciuitas apulię: prius di/
cta maleuentum.

Berecintus mons & oppidū phrygię:
vbi colebat̄ cybele; quę ex hoc bere/
cintia dicitur.

Bergomum oppidū gallię in italia ad
montem ſitum.

Beronice i producta fuit mater Ptho/
lomei philadelphi: & alia eiuſdem fi
lia. Item alia Herodis agrippę ſoror:
& vxor.

Beſſi ſunt populus in thracia vel ī pō
to. Ouidius. Viuere q̄ꝫ miſerum eſt
inter beſſoſqꝫ getaſqꝫ.

Bethel ciuitatula diſtans a hieruſalem
xij. lapide: prius luza dicta.

Bethica eſt pars vlterioris hiſpanię: a
flumine bethys dicta: nunc aūt vul/
go dicit̄ granata.

Betulus eſt hiſpanię fluuius: quo opti
me temperat̄ ferrum.

Bethſaida vrbs galileę ad ſtagnū ge/
nezareth.

Bias prieneus: vnus de ſeptem ſapien
tibus & alijs prelatus. Cuius patriā
prienā cū cepiſſent hoſtes: ipſe fugi/
ens cū cęteris nihil rerū ſuarū ſecum
tulit: dicens Omnia mea mecū porto
Nam fortuita bona nō putabat ſua.
Septē vero ſapientes hi fuerunt. Tha
les mileſius: Solon athenienſis: Chi/
lon lacedemonius: Bias prieneus: Pit
tacus myteleneus: Cleobolus lindiꝰ
Periander corinthius.

Biblis filia mileti: nephando amore ſui
fratris exarſit. Quem propter hoc e
patria profectū ſequens tandem cō/
tabuit: vt ait Ouidius. ix. metamor/
phoſeos. vel ſuſpendit: vt ait idem de
arte. Biblida quid referam fetido quę
fratris amore Arſit: & eſt laqueo for
titer vlta nefas.

Biblos oppidū phęnicię. Vnde biblij
dicunt̄ homines ipſi.

Bion Boriſtenites Athenis philoſo-
phatus & callidus ſophiſta.

Bilbilis eſt ciuitas celtiberię: & fluuiꝰ
ciuitati vicinus que & ſalo dicit̃: qui
ferrum temperat optime.

Byrſa gręce coriũ ſ̃ꝑcat: quo noĩe appel
latus eſt locus in aphrica vbi poſtea
fuit cõdita carthago. Nã Dido ex ty
ro in aphricã delata: emit tantũ terrę
quantũ poſſet corio bouis circũdare
quod coriũ ſcidit in tenues corrigias:
& ſic multũ ſpacij cõprehendit. Etiã
carthaginis arx dicta fuit byrſa. Etiã
byrſa fluuius quidã prope baſileam.

Byalthe pp̃ls ſcythicus iuxta thraciã

Biſtones o curta ſunt dicti thraces: vl̃
à rege biſtone: vel ſtagno quod biſto
niũ vocat̃. Itẽ biſtonia ipſa thracia.

Bithynia prouincia ꝑpe aſiã minorẽ:
proxima troadi: & ad põtum ſita: pri
us dicta hebrytia: migdonia & ma-
gna phrygia.

Biton & Cleopis fratres argiui: q ma
trẽ ſuã iunonis ſacerdotẽ curru impo
ſitã: ſicut equi traxerũt in templũ ꝑ
ſtadia. xlv. Cũq; mater deã oraſſet:
vt qđ optimũ eſſet premiũ filijs da-
ret: ſubito defuncti ſunt.

Bituriges vel bituri populus gallię: q̃
rum metropolis eſt turo.

Bizantium vrbs thracię maritima: a
Pauſania ſpartanorũ duce cõdita: in
ꝓmontorio qđ chryſoceras dicitur:
poſtea a Cõſtantino conſtantinopo
lis appellata: & noua rhoma.

Bizia fuit arx regum thracię hyrundi
nibus inuiſa propter ſcelus terei regis
de quo infra dicetur.

Blemmię monſtruoſi homines in ęthi
opia ſine capitibus: ora & oculos in
pectore habentes.

Bocchus rex maurorũ & hetulię: q iu
gurtã regẽ numidarũ generũ ſuũ ro
manis tandẽ tradidit. Saluſtius.

Boetia eſt regio in attica nõ ꝑcul ab
athenis: in qua ſunt thebę: Nunc tñ a
wãdalis ex africa pulſis occupata vo
catur wandalia.

Bootes eſt ſtella iuxta plauſtrũ vel vr
ſam: alio noĩe arctophylax. Aratus.
Tardus in occaſum ſequit̃ ſua plau-
ſtra bootes. Et interpretat̃ boum cu-
ſtos vel bubulcus.

Boij erãt populus gallię: vel vt alij vo
lunt germanię: qui poſt boioarij &
nunc bauari vocant̃.

Boryſthenes eſt magnus fluuius ſcy-
tharũ in euxinũ fluens. Itẽ populus
ibidẽ qui etiã boryſthenidę dicunt̃.

Boſphorus eſt ſtrictus & anguſtus lo
cus maris iuxta bizantiũ: dictus q̃ſi
bobus peruius. Et iſte vocat̃ boſpho
rus thracius. Alter eſt boſphorus re-
motior in ſcythia qui cimericus dicit̃
Lucan. Sic ſtat iners ſcythicas aſtrin
gens boſphorus vndas.

Bouile vicus in via appia inter vrbẽ
rhomam & ariciam.

Brachmane populus indię: quondam
ſapientię ſtudioſus.

Branchus filius apollinis & vates pe
ritiſſimus: de quo Statius.

Brennus fuit dux gallorũ ſenonũ: qui
rhomã ceperunt. Itẽ Brenni ſunt alpi
nus populus.

Briareus fuit gygas: alio noĩe ęgęon.
de quo ſuperius. Dicit̃ habuiſſe capi
ta. l. & centũ manus. Virgi. Et centũ
geminus briareus ac belua lernę.

Bryax vel bryas ſculptor marmora-
rius qui mauſoleum fecit cũ alijs.

Bryſeus dicit̃ Bacchus a bryſea oppi-
do Aonię.

Bryſeis .i. filia bryſę: puella nobilis:
quã ex vrbe phrigię lyrneſſo rapuit
Achilles in bello troiano. deinde aga
mennon rex gręcorũ illã Achilli ab-
ſtulit: ob qđ achilles diu bello abſti-
nuit.

Britannia inſula oceani inter ſeptẽtrio
nẽ & occidentẽ ſita: & nũc anglia dr̃

Brixia vrbs gallię aut lõbardię a ger-
manis in italiã tranſeuntibus cõdita.

Bromius eſt cognomen bacchi: dictũ
a gręco verbo bromo; quod eſt latiẽ
conſumo.

Brontes dicit̄ vnus cyclopū & mini/
ſter vulcani. Et interpretat̄ tonitrus
Alter vocat̄ ſteropes .i. fulgur. Ter/
tius dicit̄ pyracmon quaſi ignita in/
cus. Virgi. Ferrū exercebāt vaſto cy
clopes in antro Brontesq; ſteropesq;
& nudius mēbra pyracmon. Hic ab
Ouidio vocat̄ acmonides. iiij. faſto.
Brundusium vrbs calabrię vel apulię
ad mare adriaticum.
Brutus eſt nomen plurīū rhomanorū
cōſulū. Nā iunius brutus fuit prim⁹
conſul rhomanorū q̄ vrbē regio do/
minatu liberauit: poſtea occiſus in p̄
lio a filio regis expulſi. Idē duos fili/
os ſuos qui hoſpites fuerant occidi
iuſſit. Itē Marcus brutus vir p̄torius
doctus & bonus: ꝓ recuperāda liber
tate occidit Iuliū cęſarē: poſtea in prę
lio victus ab Auguſto ſeipm̄ occidit
Bubalus quidā pictor hiponactē poe
tā turpi facie riſus cauſa pinxit. Qua
re poeta tā grauiter in illū ſcripſit vt
ille ſe ſuſpenderet.
Bubaſtus ciuitas ęgypti prope helio/
polim.
Brucephalus equus Alexādri magni:
habēs caput q̄ſi bouis: & valde nobi
lis. Itē vrbs quā cōdidit Alexāder in
India ex noīe illius equi ibi occiſi.
Buſiris media ꝓducta: rex ęgypti qui
hoſpites mactās ab hercule mactat⁹
fuit. Virgi. Aut illaudati neſcit buſi/
ridis aras. Ouidius ait q̄ vates qui/
dā buſirim adijt ſuadens ſi ſterilitatē
vellet: vt hoſpites mactaret. Tunc
rex illū vatem primū mactauit.
Buttotū media longa vrbs in epiro.

Cacus erat latro in Italia:
qui etiā villas incendebat: vn
de dicebat̄ filius vulcani. Tan
dē ab hercule cui boues ſuſtulerat eſt
occiſus. Virgil. viij. Quidā dicunt
fuiſſe ſeruum Euandri regis.
Caducifer dicit̄ mercurius: quaſi ferēs
caduceū .i. virgā pacis. Vnde & ca/
duceatores ſunt legati pacis.

Cadurci populus gallię in prouincia
bituricenſi.
Cęa ꝑ æ diphthongū eſt inſula ī ęgeo
inter cycladeſq; patria Simonidis poe
tę. Inde cęeus a. um.
Cadmus filius Agenoris regis pheni
cū. Qui a patre iuſſus quęrere euro/
pam ſororem ſuam a ioue raptā: cū il
lam non inueniſſet: nec ad patrē redi
re auderet: vrbē thebas in boetia con
didit. Sed cum ſocij ſui necati eſſent a
magno ſerpente: illū occidit. Cuius
dentes cū terra obruiſſet: nati ſunt ex
illis armati viri: qui inter ſe mox di/
gladiantes mutuis perierūt vulneri/
bus. Sed quinq; ex eis ſuperſtites ar
ma proiecerunt: & cum Cadmo the
bas conſtruxerunt. Poſt ipſe cadmus
cū Hermione vxore ſua mutatus fer
tur in anguem.
Cęcubū fuit oppidū latij vel cāpanię
vbi naſcebat̄ optimū vinū: vnde &
pro vino illius loci ponitur.
Cære vel cærete vrbs thuſcię: quę &
Agilla dicitur.
Cęyx rex trachinę vrbis filius luciferi
& maritus halcyones. Qui nauigās
ad Apollinis oraculū ſūmerſus fuit.
Cuius corpus in aqua videns vxor
eius: & ipſa ſe in mare demiſit. Et am
bo mutati dicunt̄ in auiculas mari/
nasq; quę vocant̄ halcyones. De quo
vide infra.
Cęſareaauguſta vrbs citerioris hiſpa
nię vel taraconenſis affuſa ibero flu/
uio. Alij ſcribunt eſſe in celtiberia.
Cęſena ciuitas in flaminea vel roman
diola.
Cęſaria eſt nomen multarū vrbiū: in
honorem cęſaris auguſti ſic appella/
tarū. Harū vna eſt in maritimis pale
ſtinę ab Herode magno inſtaurata: et
ſic nominata. nam antea dicebat̄ pyr
gus vel turris ſtratonis. Alterā cęſa/
riā ſtruxit Philippus filius Herodis
ad radices libani in phenitia: vbi ſūt
fontes iordanis. Alia eſt cęſaria in cap
padocia. Et alia itē in mauritania.

Caieta e producta eſt oppidũ & portus campanię: a nutrice Aeneę nomẽ habens: vt ait Virgilius.
Caicus i producta eſt fluuiꝰ phrygię aut myſię.
Cayſter fluuius aſię alluens epheſum vrbem.
Calais filius Boreę & Orithyę: frater zeti. Vide in dictione Zetus.
Calabria eſt regio italię poſt Lucaniã vel pars Apulię.
Calaber media correpta .i. ad calabriã pertinens.
Calchas teſtoris troiani filiꝰ & augur nobilis: qui initio belli troiani tranſiuit ad grecos.
Calypſo nympha oceani & tethyos filia: quę inſulam de ſe appellatam in ionio vel aphrico mari habitabat. Ad quam venit Vlyſſes naufragus & ſeptem annos apud eam fuit.
Caliſto filia Lycaonis regis arcadię: ex qua Iupiter genuit arcadem. Quã grauidam videns Iuno mutauit eam in vrſam: quã cum filius ignarus rei vellet inuadere: iupiter ambos in cœlũ ſuſtulit: & inter ſidera poſuit apd polum arcticum. Vnde vocant arcti hoc eſt vrſę. Iuno aũt indignata impetrauit ab oceano vt illa ſidera non ſineret ad ſe deſcendere vt alia. Autor eſt Ouidius in ſecundo libro metamorphoſeos.
Calydon vel calydonia eſt vrbs ethollię: & regia Oenei patris Meleagri.
Callimachus cyrenenſis poeta grecus qui multa ſcripſit in omni genere carminis.
Calliope es. vel calliopeia eſt vna muſarum: cęteris excellẽtior: & interpretat pulchrũ carmen. Virgil. Vos o calliope precor aſpirate canẽti. Oui. Prima ſui cœpit calliopeia chori.
Calliſthenes philoſophus: Ariſtotelis diſcipulus & cõſanguineus. Qui alexandrum regem in Aſiã ſequutus cũ liberius regem inſolentię argueret ab illo eſt occiſus.
Calirhoe fons in attica: & alius in iudea ſalubris.
Chalcis vrbs metropolis in euboia inſula
Chalcedon vel chalcedonia vrbs aſię vel bithynię iuxta boſphorũ contra bizantiũ .i. conſtantinopolim ſita.
Chaldea regio orientalis: quę & aſſyria & babylonia dicitur ab vrbe babylone. Item chaldei dicunt aſtrologi: quia in chaldea multi fuerũt aſtrologi & magi.
Caloeni populus cãpanie: apud quos bonũ naſcit vinũ: qđ & caloenũ dicit. Quinetiã oppidũ eorũ vocat caloenum: vel cales caliũ pluraliter.
Chalybs fluuius hiſpanię aut celtiberię: quo optime temperat aut tingit ferrum. Vnde populi finitimi dicunt chalybes. Sunt etiã chalybes populus in ponto.
Calipolis vrbs helleſpõti vel troadis.
Calpe eſt altus mons in fine hiſpanię bethicę ſitus ad mare quod europam ſecernit ab aphrica. Cui monti oppoſitus eſt in aphrica mons abila: & illi montes dicuntur columnę vel metę Herculis.
Camerina ciuitas Sicilię.
Camertes populus vmbrię.
Cambyſes media pducta rex perſarũ filius cyri.
Camillus nobilis rhomanus: qui faliſcos in ditionẽ accepit: veios cepit. deinde p inuidiã vrbe expulſus: cũ ſenones exercitũ romanũ fudiſſent: vrbẽ cepiſſent & capitoliũ obſiderent: Camillus rogatus ab his qui obſeſſi erãt exercitu collecto gallos fugauit. De hoc quęre infra Faliſci.
Canace media curta filia Aeoli regis vẽtorũ: q̃ ex fratre ſuo machareo clã concepit & peperit. Quo cognito pater infantẽ iuſſit exponi vel proijci: & filię gladium quo ſe necaret miſit. Machareus autẽ fugit delphos ſacerdos Apollinis factus.
Cana oppidum in galilea.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-135531-p0021-6

Candicis media curta fuit quędā regi-
na ęthiopū temporibus Augusti cę-
ſaris in inſula meroe: a qua deinceps
omnes illius loci reginę vocant can-
daces: nā mulier regnare ſolet in me-
roe.

Cannę arū. vicus apulię: apud quem
Hannibal romanos grandi clade affe
cit: occiſis. xliiij. milibus hoīm: inter
quos fuit Paulus emilius cōſul.

Canopus o producta eſt oſtiū nili: &
vrbs in eo quę nunc damiata dicitur
nō procul ab Alexandria.

Canuſium oppidum Apulię

Cantabri populus hiſpanię in galętia
prouincia ad pyreneū. Alij ponūt in
taraconenſi ad oceanum.

Chaonia eſt montana pars epyri. Eſt
etiā adiectiuum.

Capaneus vnus e ſeptē ducibus ꝗ the
bas oppugnauerūt: bellicoſus: ſuper-
bus & deoꝝ cōtemptor. Qui (vt ait
Statius) humana arma cōtemnēs io
uem prouocauit ad pręliū: a q̃ fulmi
nibus eſt extinctus. Ouidiꝰ. Cū ceci-
dit capaneus ſubito temerarius ictu.

Capharnaum oppidum galilęę ad ſta
gnum geneſareth.

Caphareus mons altus in euboia inſu
la helleſpontum verſus. Apud quem
gręci a troia redeuntes naufragia fece
rūt dolo naupli patris palamedis in-
iuſte ab illis occiſi. Nam nauplus eu
boię rex vt filij mortē vindicaret: po
ſuit facē ſuꝑ hūc montē. Quare gręca
claſſis illuc vt in portū nauigans
in ſcopulos incidit. Virgi. Scit triſte
mineruę Sidus & euboicę cautes vl
torqꝫ caphareus.

Cappadocia eſt regio pontica cōfinis
armenię: a qua ꝑ euphratē diuiditur.

Cappadox populus ille dicit.

Caprę arū. inſula cōtra ſurrentū vrbē
campanię.

Capua fuit olim nobilis vrbs cāpanię

Caria eſt ꝓuincia in aſia minori inter
lyciā & ioniā: cuius incolę vocant
cares.

Charybdis eſt periculoſus locus mari
inter calabriā & Siciliā: nā aqua ibi
nūc abſorbet & rēdit in ꝓfundū: nūc
eleuat in altū. Ouidius. Hic vomit e
potas dira charybdis aquas.

Carinę arū. eſt vicus in vrbe rhoma:
vbi ſunt vincula ſancti Petri apl'i.

Chariſtos eſt inſula in ęgęo vna cycla
dū: in qua eſt marmor varij coloris
quod chariſtęum dicit.

Charites. i. gratię: dicunt tres filię Io-
uis & eurymones. ſ. Aglaia: Thalia
Euphroſine vel Paſithea.

Carmania regio orientalis prope indi
am & rubrum mare.

Carmelus mons phenicę inter cęſareā
& tyrum.

Carmentis mulier vaticinatrix mater
euandri regis: vnde rhome porta car
mentalis. Hęc literas inueniſſe dicit.

Carni populus alpinus circa noricos
ſuꝑ quos apœninus incumbit.

Carnotum vel carnutum eſt vrbs gal
lię in francia.

Charon dicit portitor apud inferos ꝗ
animas defunctorū ꝑ ſtygē & ache-
rontē vehere dicit a poetis.

Carpathos eſt inſula inter rhodum &
ęgyptū: vnde nomen habet mare car
pathium: & corripit pa.

Carthago vrbs nobilis in africa a Di-
done filia Beli regis tyri cōdita longe
ante rhomā. Tria grandia bella cum
rhomanis geſſit: & tandē a Scipione
combuſta fuit.

Carre vrbs meſopotamię vel aſſyrię.
Luca. Miſerādo funere craſſus Aſſy
rias latio maculauit ſanguine carras.

Caſpij mōtes ſunt in ſeptētrione apud
armeniā & hircaniā & parthiā: vbi
etiā ſunt portę caſpię. i. via anguſta
ꝑ illos mōtes. Ibi & caſpiū mare.

Caſius altus mons ſyrię ꝓpe ſeleuciā:
in cuius ſummitate ſolis ſplēdor q̄r-
ta vigilia videri pōt. Alter eſt eodē
noīe mons in finibus ęgypti iuxta pe
luſiū oſtiū nili in q̃ fuit templū Io-
uis caſij: & ſepulchrū magni pōpei.

Caſſiope vxor cephei regis ethiopū: q̄ nymphis ſe pulchritudine pretuliſſe dicit. Quare indignatę illę filiā eiꝰ Andromaden ſaxo alligauerūt: vt a belua marina deuoraretur. Vide ſup̄ in dictione Andromeda. Eſt etiā cœleſte ſignum vel ſidus: & poteſt dici caſſiopeia.

Caſtalius eſt fons in radicibus montis parnaſi muſis dicatuſq́ꝫ: ex hoc vocant caſtalides.

Caſtor & Pollux gemini fratres: filij iouis & ledę: qui mare tueri ſolebant a pyratis: vn̄ dicunt dij maris. Itē caſtor dicit fuiſſe mortalis: pollux immortalis. Ergo cum Caſtor obijſſet: pollux cū fratre diuiſit imortalitatē ſuā: ita vt alternis diebus viuāt. Hoc ideo fingit: quia ſunt duo ſidera quę vocant caſtor & pollux: quorū vno oriente alterum occidit.

Catana media curta eſt ciuitas ſicilię prope ethnam montē: patria ſanctę virginis Agathę.

Catilina rhomanus nobilis: ſed vitioſus. qui cū multis alijs cōiurauit cōtra rhomanā rēpublicā: ſed deprehenſus ex vrbe pulſus a Cicerone tūc cōſule congregauit exercitū: cum quo victus & occiſus fuit.

Cathi populus germanię circa hungaros vel hercineam ſyluam.

Caucaſus media correpta mōs ſcythię altiſſimus & longiſſimus. q̄ ab india tendit p̄ totū fere ſeptētrionē: ſed varia nomina ſortitur.

Caudium vicus Apulię vbi ſamnites rhomanū exercitū dolis captū & cōcluſum ſub iugū miſerūt. Dicimus etiā furcas caudinas: nā ſub iugū miſſi p̄ furcam ibant.

Cecrops fuit primus rex athenarū: a q̄ athenienſes vocant cecropidę.

Cedar regio in herimo ſaracenorū: a cedar filio iſmahel.

Celenę ciuitas principalis in phrygia Lucanus. Lugēt damnatę phœbo victore celenę.

Celęno vna ex harpijs: & interpretat atrum.

Celtę ſunt gallię populi inter ſequanā & garumnā fluuios habitātes. ſ. burgundi & franci.

Celtiberi populus hiſpanię in gallętia a celtis orti. Lucanus. Gallorū celtę miſcentes nomen iberis.

Chemmis fuit rex ęgypti: qui grandē & mirabilē ſtruxit pyramidē: quam trecenta & ſexaginta milia hominū viginti annis parauerunt: vt ait Diodorus ſiculus.

Cenis promontoriū italię in brutijs: oppoſitum peloro ſicilię.

Centauri populus theſſalię circa pelii montē: qui primi in equis pugnaſſe dicunt. Vnde orta eſt fabula q̄ centauri fuerint animalia cōpoſita ex homine & equo. Et dicunt ſemiferi & bimembres & nubigenę. i. ex nube geniti. nam ixion ex nube genuit centauros. Vocant etiā hippocentauri. i. equorum ſtimulatores.

Cenchree portus & emporium corinthiorum.

Cepheus rex ęthiopū & pater Andromadę: tranſlatus inter ſidera.

Cephiſus fluuius in phocide p̄terfluēs oppidū delphos. Lucanus. Fatidica cephiſus aqua.

Ceraunia ſunt alti mōtes epiri ſeparantes ioniū mare ab adriatico. A ceraunos quod eſt fulmen: quia crebris fulminibus appetunt. Etiā vocant acroceraunia.

Cerberus e curta canis triceps & grādis in veſtibulo inferni. dictus quaſi creoborus. i. carnem vorans.

Cercyon fuit latro in attica occiſus a Theſeo. Ouidius. Cercyonis lethum vidit cerealis eleuſis.

Ceres filia ſaturni & opis. quę ex ioue proſerpinā genuit. de qua infra proſerpina. Itē ceres dicit inuentrix frugum fuiſſe. a creo dicta.

Ceretum oppidū in vmbria inter ſpoletum & nurſiam.

Cherroneſus vel cherſoneſus eſt terra grecię: peni inſula.

Cethegus nobilis rhomanus: qui cū catilina contra rēpublicā cōiurauit: deprehēſus & occiſus a Cicerone cōſule: & producit mediam.

Cyane a curta nympha ſicilienſis ob raptū Proſerpinę ſodalis ſuę flendo ī fontem verſa. Eſt eīm fons prope ſyracuſas.

Cyaneę ſunt inſulę aut ſaxa in pōto ꝑ quę nauigaē cū periculo. Vñ qa nauigātibus ꝓ timore videnē cōcurrere vocāē ſyndromades & ſympiegades

Cybele vxor ſaturni: q̄ & ops & rhea & bona dea & berecynthia ac mater deorū vocaē. Virgil. Hinc mater cultrix cybele corybantiaq; æra. Q̄ñq; l duplicaē. Luca. Et lotam paruo reuocant almone cybellen.

Cicones populus thracię iuxta hebrū Oui. Flumen habent cicones: qđ potū ſaxea reddit Viſcera: quod tactis inducit marmora rebus.

Cyclades ſunt multę inſulę in ęgęo vł myrtoo mari in circuitu Deli inſulę poſitę: vt andros ſcyros tenos &c̄.

Cyclopes erāt gygantes vnoculi in ſicilia ꝓpe ęthnā montē: fabri iouis & miniſtri vulcani. Virgi. Ferrū exercebant vaſto cyclopes in antro.

Cydippe puella pomo decepta ab acōtio. Oui. Litera cydippē pomo plata fefellit: Inſciaq; eſt verbis capta puella ſuis. Vide ſupra Acontius.

Cydnus fluuius amoenus & ſaluber in cilicia: tranſiens vrbem tharſum.

Cydon vrbs in creta inſula. Inde cydonius. i. cretenſis. Etiā cydon ponitᷣ pro cretenſis.

Cilicia eſt regio i aſia minori cōtermina ſyrię: a cilice filio Agenoris dicta

Cyllarus a curta: fuit equus caſtoris vel pollucis ſm̄ Virgilium

Cyllene mons arcadię vbi mercurius diciē natus: & inde cyllenius vocaē.

Cimbri populus ſeptētrionalis & interioris germanię. Qui rhenū tranſeuntes per gallias rhomā contenderūt cū grandi numero: quos. C. Marius profligauit.

Cimmerij populus ſcytharum procul in ſeptentrionē.

Chimęra mons in lycia: fumū & flāmam eructans quādoq;. De hoc fabulanē poetę ꝙ ſit monſtrū: anterius leo: poſterius draco: & in medio capra. Vel (vt Heſiodus inquit) habet tria capita: vnū leonis: alterū caprę: tertium draconis.

Cimon athenienſis dux filius miltiadis qui vt ſepeliret corpus patris in carcere mortui: ipſe ꝓ illo ligari ſe fecit: poſtea perſas ſuperauit terra & mari

Cinyras rex cypri: qui ex myrrha filia ſua neſcius Adonidē genuit. Strabo autē ſcripſit ꝙ regnauit in phenitia ī vrbe biblo.

Cinyps fluuius garamantū in libya: apud quē magni ſunt hirci.

Cynocephali ſunt beſtię ex genere ſimiarū: humana ſpecie: ſed canino capite in ęthiopia.

Cinoſura eſt minor vrſa. Vide arctos

Cynici erant philoſophi quorū princeps erat Diogenes ſinopenſis. Et dicunē cynici. i. canini: vel ꝓpter acerbas ſuas inuectiones in malos: vel ꝓpter impudētiā ſuā: qa publice & palā coibant cū vxoribus more canum

Cynthus mons in delo inſula: vbi nati ſunt apollo & diana. Vñ cynthius diciē apollo vel ſol: & cynthia diana aut luna.

Chios inſula in ęgęo mari vna cycladū: in q̄ naſciē optimū vinum. Inde Chius adiectiuū quod ꝓducit i. cū primitiuū corripiat i.

Cypariſſus puer formoſus in cęa inſula dilectus apollini. Qui puer cū ceruum ſibi charū imprudēs occidiſſet nimio dolore mutatus eſt in arborē lugubrē quę cypreſſus vocaē.

Cyprus inſula diues in carpathio vel cilitio mari: ſyrię & cilitię oppoſita & veneri cōſecrata. Hinc venus cy-

pris vel cypria dicit̃: aut cyprigena.
Circe filia ſolis & perſę nymphę: ꝗ ha
bitans in monte circeo: tūc inſula cir
ca campaniã: hoĩes ad ſe veniẽtes car
minibus & veneficijs mutabat ĩ va
rias beſtias: ſicut etiã fecit ſocijs vlyſ
ſis: ꝗs tñ vlyxe rogãte reſtituit. Alij
dicũt fuiſſe filiã Oete regis colchoꝝ.
Circeus locus maritimus in cãpania:
dictus a circe quę ibi morabat̃.
Cirene filia Penei regis arcadię: quam
Apollo rapuit & in Libyam duxit:
& ex ea genuit ariſteũ: nomiũ: acreũ
& argeum. Eſt & vrbs Libyę inter
ęgyptum & ſyrtes.
Cyreneica eſt prouincia aphricę ver/
ſus ęgyptum: quę & pẽtapolis dicit̃:
a quinq; ciuitatibus inter quas prin/
cipalis eſt cyrene.
Cyrenaici ſunt philoſophi qui & epi/
curei dicunt̃: qui ſtatuunt ſummum
bonũ in voluptate corpis. Dicti ab
Ariſtippo cirenaico.
Cyris dicit̃ ſcylla filia Niſi regis muta
ta in auẽ cyrim. i. alaudã. vide ſcylla.
Cirnos inſula n liguſtico mari: alio
noĩe orſic a : i de cirneus.
Chiron fuit centaurus filius ſaturni ex
phyllira nnmpha. Vnde & phylliri/
des dicit̃. Fuit vir doctus & iuſtus:
qui vires herbarũ nouit & muſicam
cui Thetis Achillẽ filiũ ſuũ tradidit
erudiendũ. Tandẽ cu ſagittas hercu
lis admirando teneret: ab illis leſus
obijt: mutatꝰ in coeleſte ſignũ: quod
ſagittarius appellatur.
Cyrus primus rex perſarũ potentiſſi/
mus: quẽ infantẽ aſtyages rex medo
rũ eius auus maternus iuſſit exponi
Sed regius paſtor inuen[illegible] canis vbe
ra ſugentẽ nutriuit. Deinde Aſtyagẽ
prelio vicit: & regnũ ad perſas tranſ/
tulit: quod & valde auxit: tandem a
tomyri regina ſcytharũ quibus bel/
lũ intulerat occiſus eſt.
Cirrha oppidũ in phocide in radicibꝰ
parnaſi montis Apollini ſacrum.
Ciſſeus rex thracię: pater hecubę vxo
ris Priami: quę a patre dicit̃ ciſſeis.
Cithera e ꝓducta eſt ciuitas in cypro.
Eſt & inſula circa laconiã vltima cy
cladũ. Et declinat̃ tm̄ pluraliter.
Cithera penul. ꝓducta. i. venus: ſic di/
cta a citheris vrbe vł iſula ſibi ſacrata
Citheron eſt mõs nemoroſus ĩ boetia
muſis & poetis dicatus: ꝓdu. mediã
Citheriades muſę dicunt̃ a citherone
monte prędicto.
Citorus o ꝓducta mõs ĩ paphlagonia
Chytis inſula arabię: vbi topazius la
pis inuenitur.
Cizicus nobilis vrbs Aſię ad propon
tidẽ vel helleſpontum ſita.
Clanius fluuius campanię prope nea/
polim: ſic dictus a violis quę in ripis
eius abundant. nã clanion gręce vio
lam ſignificat.
Clarius apollo dicit̃ vł a claros inſula
vna cycladũ: vel a clario oppido aſię
Clearchus philoſophus quidã. Item
alius tyrannus heraclęę ciuitatis de
quo multa Iuſtinus in. xvi.
Cleantes aſianus philoſophus ſtoicus
Zenonis auditor: pauper & laborio
ſus qui noctibus aquã hauriendo et
piſendo victum quęrebat.
Cleobis: quęre ſupra Biton.
Cleobolus lindius vnus de ſeptẽ ſapi/
entibus: q̃re ſupra Bias.
Cleone o longa oppidũ arcadię circa
nemeã regionẽ: vbi Hercules terribi
lẽ leonẽ interemit. hinc cleoneus a ũ.
Cleopatra regina vltima ęgypti: quã
cum Antonio ſuperauit Auguſtus.
Quare ipſa ſe interfecit ſerpentibꝰ ad
motis vberibus ſuis.
Clymene nympha oceani & tethyos
filia: & mater phaetontis.
Clio dicit̃ vna muſarũ: a cleos: quod
eſt gloria.
Clitemneſtra filia tyndari & ledę: con
iunx agamẽnonis regis: quẽ a bello
troiano reuerſum ope egyſthi adulte
ri occidit: deinde Oreſtes filius eam
rurſus in vindictam patris necauit.
Clitomachus fuit carthagineſis clarus

philoſophus: auditor & ſucceſſor carneadis.

Clitoriū oppidū arcadię: vbi fons eſt qui potantibus inducit odiū vini.

Clitumnus fons & fluuius vmbrię.

Clodius nobilis romanus: ſed nequā & mœchus & Ciceronis inimicus: quē cū eſſet tribunusplebis vrbe expulit. Occiſus tandē a Milone.

Cloelia virgo rhomana cū alijs virginibus & adoleſcentibus obſes: data Porſennę regi ethruſcorū rhomā obſidenti. Sed iſta deceptis cuſtodibus tibrim tranans in vrbē redijt: cui poſtea propter virile opus equeſtris ſtatua fuit poſita.

Clotho eſt vna parcarum: a gręco verbo clotho: quod eſt neo. Itē alia nympha marina filia Nerei.

Cnidos vel Gnidos vrbs Carię: vbi venus colebatur.

Coaſpis fluuius medorū apud Perſas in tigrim fluens. Eius aqua tā dulcis eſt vt reges perſarū ſibi eam vendicēt & ex ea potare ſoleant.

Cocytus fluuius inferorū ex ſtyge ortus. Virgi. Cocyti ſtagna alta vides ſtygiāq; paludē. Et interptat luctus

Cocles fuit rhomanus vir fortis qui irruentes in vrbē ethruſcos tūc hoſtes ſtans in ponte ſolus retinuit.

Codrus rex athenienſis: qui inter athenienſes & dorienſes orto bello cū reſpondiſſet oraculum atheniēſes fore victores ſi rex eorum mortuus eſſet: & ob hoc dorienſes regem illorum tāgere vetuiſſent: ipſe Codrus rex indutus habitu ruſtico hoſtes iurgio et cōuitio aggreſſus cōcitauit eos ad occidendū ſe. Quo cognito diſceſſerūt hoſtes ſine pręlio.

Cœus gygas tytani & terrę filius pater Latonę & aſteries.

Cœos eſt inſula vna cycladū: quę & cea dicit: vnde fuit Simonides poeta

Colchos eſt regio ſcythica & oriētalis in aſia inter mœotim & caſpiū mare in ponto. Colchi vocant incolę.

Colchis dicit mulier ex regione colchica & pręcipue medęa q̄ fuit filia Oetę regis colchorum.

Collina porta fuit rhomę per quā ibat ad collem quirinalem. Eadē ſalaria dicebatur.

Coloſſe vel coloſſis vrbs phrigię prope laodiceā q̄ tēporibus Neronis cū laodicea & hierapoli vrbib⁹ aſię terremotu cecidit: vt inquit Oroſius.

Colophon vrbs libyę. Hora. Smyrna quid & colophon.

Comagene penultima pducta: eſt regio orientalis vel pars ſyrię. Iuuenalis. Tractato armenius vel comagenus auruſpex.

Comū vel nouocomū vrbs gallię italicę. i. lombardię. Inde comenſis.

Conon athenienſis dux clarus: qui cū exularet lacedemonios auxilio pſarū ſuperauit.

Coptus vrbs in finibus ęgypti.

Corax filius cathylli argiui & frater tiburti: vnde cognominatum eſt oppidum volſcorum cora. Item Corax orator ſiculus.

Corduba ciuitas hiſpanię bethycę: patria Senecę philoſophi & Lucani poetę & Auicennę medici.

Corybantes populus in creta: qui cū curetibus iouē infantē aluiſſe dicunt & feciſſe tinnitus ne ſaturn⁹ q filios deuorabat vagientē illū audiret. Alij dicunt fuiſſe ſacerdotes cybeles.

Coricus eſt mons in cilicia in q̄ naſcit optimū crocū. Etiā eſt oppidu cilicię Hinc coritius a. um.

Corioli orum. fuit vrbs volſcorum.

Coriolanus fuit nobilis rhomanus: a coriolis vrbe quā ceperat cognominatus. Qui p inuidiā i exiliū miſſus ad hoſtes. i. volſcos iuit: & illorum dux factus rhomā obſedit. Territi romani miſerunt ad eū p pace primo ſenatores deinde ſacerdotes. Qui cū eū flectere nō poſſent: tandem mater & vxor eū flexerūt: vt exercitū hoſtilē a patria tolleret. Quare irati volſci eū

occiderunt. Alij dicũt ꝙ ſeipſum ne cauit.

Corcira i producta eſt inſula in ionio mari: vbi olim phęaces habitabant: ad quos vlyxes venit naufragus.

Coronis idos. nympha theſſalica amica apollinis: qui ex illa genuit ęſcula piũ. Sed vbi reſciuit eã cũ alio rẽ habuiſſe: necauit eã ſagitta anteꝗ̃ pareret: & infantẽ exemit ex vtero eius.

Corinthus eſt vrbs nobilis & diues achaię: ſita in iſthmo. i. anguſta terra inter duo maria. ſ. ionium & ęgęum prius ephyre dicta: poſt a rhomanis euerſa: deinde ab auguſto reparata.

Coritus i curta oppidum ethrurię. dictum a Corito patre Dardani. Nunc cornetum vocatur.

Corone oppidũ achaię vel boetię.

Corona ſignum cœleſte.

Corſica i curta inſula in liguſtico mari: quę & cirnos dicit.

Cortina vrbs Cretę. Scribit etiã gortina.

Cous vel melius cos: eſt inſula i ęgęo vna cycladũ vbi bonũ vinũ naſcit. Inde Cous adiectiuum.

Cragus mons & vrbs licię.

Cranaus ſecundus rex athenarũ ſucceſſor Cecropis.

Crantor ſolenſis philoſophus academicus: auditor Xenocratis.

Crates athenienſis academicus philoſophus: auditor Polemonis & ſucceſſor. Alter fuit crates thebanus cynicus: diſcipulus Diogenis.

Cratinus athenienſis poeta veteris comœdię ſcriptor: vinoſus & libidinoſus.

Cratippus ph̃us peripatheticus athenis temporibus. M. Tullij.

Crathis idis. fluui⁹ achaię & calabrię

Creon rex corinthiorũ: alius theban⁹ tyrannus a theſeo necatus. Itẽ alius thebarum rex a lyco occiſus.

Creta inſula q̃ ab occidente habet adriaticũ mare: a ſeptẽtrione creticũ mare: ab oriente carpathium: ab auſtro aphricanũ. In hac iupiter natus eſſe & regnaſſe perhibetur.

Cremera fluuius in thuſcia ꝓpe quem olim cęſi fuerũt trecenti & ſex fabij: cũ obſiderent vrbẽ veios. Ouidius primo faſtorũ. Vt celeri paſſu cremerã tetigere rapacem &c̃.

Creuſa filia Priami: vxor Aenęę. Alia Creontis vxor Iaſonis.

Chryſeis eſt aſtymone filia chryſę ſacerdotis appollinis: quã puellã rapuit Agamẽnon ex thebis vrbe cilicię.

Chryſes aũt cũ ſupplicaret agamẽnoni vt filiã ſibi redderet: & ille reddere nollet: inuocauit apollinẽ ꝓ auxilio. Apollo igit̃ peſte gręcos tã grauiter afflixit vt agamẽnonẽ cogerẽt puellã patri reſtituere: vt ſcripſit Homerus.

Chryſippus philoſophus ſtoicus: auditor cleantis: ingenioſus: acutus: & in multis a Zenone & Cleante diſſentiẽs. Pręcipuus in dialecticis. Multa ſcripſit: ſed nimis ꝓlixe: vt aiunt.

Chryſoceras ꝓmontoriũ thracię: in q̃ eſt bizantiũ. i. conſtantinopolis.

Crito athenienſis: amicus ſocratis: cui Plato librũ inſcripſit de morte Socratis.

Critheis mater Homeri.

Crœſus vltimus rex lydię ditiſſimus a cyro rege perſarũ victus. Cũqꝫ iterũ rebellaſſet iterũqꝫ victus eſſet & ignibus addictus: clamauit O ſolon ſolon. Interrogãte cyro quis ille ſolõ eſſet: ait Crœſus. Solon vir ſapientiſſimus olim me monuit: neminẽ eſſe in hac vita fœlicẽ. qď nunc experior. Tunc cyrus varietatẽ fortunę cogitans eũ dimiſit. Alij ſcribunt grandi pluuia ignẽ fuiſſe extinctum.

Croton vrbs calabrię. Inde crotoniata nomen gentile.

Cteſiphon vicus maximus vel vrbs ꝓpe ſeleuciã: vbi reges parthorũ hyemare ſolebant. Etiã eſt nomen viri: pro quo habuit & ſcripſit orationem Demoſthenes.

Cteticon abſqꝫ aliqua aſpiratione: &

i latino ſcribit: dicit a nrīs poſſeſſiuū

Cumę arū vrbs campanię ꝓpe baias ad mare tyrrhenū: quā calcidenſes ex euboia ꝓfecti edificauerūt. In ea habitauit olim vna ſibyllarū cumęa vel cumana dicta. Nunc penitus deſerta dicitur.

Cures curiū fuit oppidū ſabinorū: patria Numę ſecūdi regis rhomanorū.

Curetes populus in creta qui iouē infantē nutrierūt. Ouidi. Pars clypeos manibus galeas pars tundit inanes. Hoc curetes agunt: hoc corybantes opus.

Curius conſul rhomanus qui cū ſamnitibꝰ & pyrrho rege bella geſſit: magnanimus & diuitiarū cōtemptor. Nam cū legati ſamnitū magnū pondus auri ei attuliſſent: accipe noluit: dicens ſe malle locupletibus imperare ꝙ̄ eſſe locupletem.

Curtius fuit nobilis rhomanus: q in mortē ſe dedit pro ſalute populi rhomani. Nam cū in foro rhomano terribilis hiatus terrę ſubito eſſet exortꝰ dixerunt vates ꝙ nobiliſſimā victimā peteret Pluto: & niſi nobiliſſimꝰ vir in illum hiatum ſe mitteret: grande periculū vrbi immineret. Quare Curtius armatus in illū equitauit: et mox hiatus ille deſijt.

DAcia regio ſcythica/ vicina thracię: vel inter thraciā & germaniā. Nā dacos a germanis hiſter fluuius ſeparat. Sūt aūt daci qui nunc tranſſyluani vocant. Appellatur nūc dacia alia regio quā dani habitant.

Dedalus athenienſis faber ingenioſus: q lignariā fabricā dicit inueniſſe: vt ſerrā: aſciā: terebrā. Hic in creta inſula fecit labyrinthū: & tandē ſibi & icaro filio fecit alas: vt fabulant. quibꝰ ꝑuenit in ſiciliā & italiā. Quod ideo fingit qa primꝰ vela nauiū repperit.

Dalmacia regio iuxta illyricū inter pānoniā & macedoniā: quę nūc ſlauonia dicit: & dalmatę ipſi ſlaui.

Damaſcus vetus vrbs: ſyrię caput: in regione decapoli.

Danae ꝑ tris ſyllabas: acriſij filia: a patre turri incluſa: ſed a ioue ſpecie imbris aurei grauidata: vn̄ filiū nomie Perſeū peperit. Quo cognito pater eā cū infanti cōcluſam in arca lignea miſit in mare. Vnde danae ſic ī italiā ꝑuenit: quā Pilūnus rex auus Turni duxit vxorē. Vide ſupra Acriſius.

Danaus filius Beli: q in ęgypto regnauit: ſed tandē ęgipto fratri ſuo regnū relinquens venit in achaiā: & ibi regnauit. Vnde achaia dicta eſt danaa: & ipſi achei vel greci vocant danai. Hic habuit filias quinqꝫginta. de quibus vide ſuperius Belides.

Danubius fluuius grandis qui germaniā a dacia ſeparat: & ꝑ hungariā fluuiū tandē multis oſtijs ī pontū ruit. Alio nomine hiſter.

Dan vicus galileę & terminus iudeę ꝓuincię: vnde iordanis dicit.

Daphne filia penei fluuij theſſalię quā cū Apollo amaret & fugientē ſeqret in arborē laurū conuerſus dicit. Ouidius primo metamorphoſeos.

Daphnis filius Mercurij formoſiſſimus: & diues paſtor.

Dardanus iouis filius ex electra vxore coryti. Qui cū occidiſſet iaſiū coriti filiū: fugit in ſamothraciā: & deinde in phrygiam: quę ab ipſo vocata eſt dardania.

Dardanidę ſunt phryges et troiani: ſic dicti a dardano rege.

Dardanis idis. mulier troiana.

Dardani ſunt fera gens inter epirū & macedoniā iuxta triballos.

Daulia vel daulis oppidum phocidis ſub ditiōe terei regis thracū: vn̄ ꝓgne vł philomela dicit daulis auis. Oui. Deflet threiciū daulias aues itym.

Daunia eſt regiuncula iuncta Apulię vel pars apulię: a dauno rege ſic dicta

Decapolis eſt regio ſyrię ꝓpinqua iudeę: q habuit decē vrbes: inter quas

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-135531-p0028-5

erāt damaſcus:gardara:ſcythopolis.
Decius fuit rhomanus cōſul:q in bello ſe deuouit.i.morti obtulit pro patria. Idē fecit filius eius poſtea: q etiā decius dictus fuit.
Deidamis filia Lycomedis regis ſcyri ex qua Achilles in habitu muliebri apud lycomedē latens genuit pyrrhū
Deianira filia Oenei regis calidonię & vxor Herculis:cui & Hillū filiū peperit. Cū aūt hercules trāſiturus eſſet euenū fluuium: Neſſus centaurus ſe ſpōte obtulit traducere deianirā.quā deinde cū violare vellet: Hercules in eū miſit ſagittā. Neſſus aūt vt mortem ſuā vindicaret: dixit deianirę vt ſuo ſanguine liniret Herculis veſtem quo illū retineret in amore ſui. Paulo poſt cū hercules iolen virginē rapuiſſet: deianira memor verborū neſſi veſtem cruore illo linitā herculi miſit. Qua ille indutus tam grauiter cruciatus eſt vt tandē ſe in ignē mitteret. Quo audito deianira ſe interemit. de quo Ouidi⁹. Impia quid dubitas deianira mori?
Deiphobus filius priami & hecubę:q poſt mortē Paridis Helenā duxit: q illū capta vrbe tradidit Menelao.
Delos inſula in ęgeo vel myrtoo mari media cycladū: vbi apollo & diana dicuntur nati. Vnde ille vocat delius & hęc delia.
Delphi oppidū in phocide: vbi Phoebus vel Apollo clariſſimū templum habuit & oracula reddebat. Hinc delphicus dicitur.
Delta eſt pars ęgypti nilo circūdata: non procul forma triangulari: ad ſimilitudinē deltę literę grecorū.
Democritus abderites philoſophus et magnus: qui omnes actus hominū tanq̄ ſtultos ridebat. Tādē ſeipſum coecauit: vt ſubtilius indagaret naturę ſecreta.
Democles adulator quidā dixit dionyſio tyranno: q vita beatiſſima viueret. Tyrānus aūt vt beatitudinē ſuā illi declararet: induit eū habitu regio & menſam copioſe paratam ei appoſuit: ſed ſup caput eius appēdit tenui filo gladiū nudū. Tunc democles tyrannicā vitā miſerā eſſe faſſus eſt.
Demoſthenes athenienſis orator maximus in adoleſcentia balbus: ſed vitium naturę ſummo labore & induſtria ſic emendauit vt nemo melius loqueret. Tandē cū libertatem patrię cōtra Philippū regem defenderet ab illo morti addictus. Fugiens ergo cū deprehenſus eſſet venenū ſumpſit.
Demophoon vel demophon fili⁹ theſei & Phedrę ad troiam pugnauit. Inde rediens tempeſtate delatus fuit in thraciam: & Phyllis regina eum hoſpitio ſuſcepit & coniugio. deinde profectus eſt athenas affirmans ſe breui reuerſurū. Quod cū nō faceret Phyllis impatientia amoris ſeſuſpendit in amygdalo.
Deucalion Promethei filius rex theſſalie: cuius tēporibus fuit in gręcia grāde diluuium: deucalion autē multos homines nauibus liberatos tutabat. Vnde orta eſt fabula: q cum periiſſent omnes homines diluuio: pręter deucalionē & vxorem eius Pyrrhā: ipſi conſuluerunt oraculū Themidis deę qualiter genus humanum repararent: & illa iuſſit vt velatis capitib⁹ poſt terga ſua iactarent oſſa materna .i.lapides terrenos: ex quibus nati dicunt homines.
Dia eſt inſula inter cyclades: alio noīe naxus. In qua theſeus ariadnem minois filiam deſeruit. Fuit aūt ſacrata Baccho.
Diana filia iouis & latonę ac ſoror apollinis aut phoebi. Hęc dicit dea venationis & virginitatis: & eſt luna.
Dicte mons & oppidū in creta. Vnde dicteus.i.cretenſis.
Dictynna dicit diana: a retibus venatorijs quę inuenit.
Dido filia beli regis tyri et vxor ſichei pontificis: quę cū Pigmalion rex di/

donis frater ob diuitias eius occidiſ-
ſet: Dido cum theſauro nauigauit in
africã: & ibi carthaginẽ cõdidit. De
inde cũ Hiarbas rex eam ſibi nubere
vellet: & carthaginenſes etiã id coge
rent: igni & enſe ſe occidit. Ob quod
dicta eſt Dido.i.virago. Nam prius
Elyſa dicebatur.

Dindima mons phrygię vbi colebat̃
Cybele mater deorũ: quę ob hoc di-
citur dindimene.

Dion nobilis ſyracuſanus amicus &
auditor Platonis: a Dionyſio tyran-
no pulſus: illũ poſtea ſyracuſis expu
lit: deinde a ſuis occiſus. Aliꝰ fuit ora
tor ob eloquentiã dictus chryſoſto-
mus.i.aureum os.

Dionyſius dicit̃ bacchus q̃ſi iouis filiꝰ
Hinc dionyſia ſunt bacchanalia.

Dionyſius etiã nomen eſt duorũ ty-
rannorũ in ſicilia: quorũ prior vl̃ pa
ter fuit egregius vir: alter vero peſſi-
mus: & tandẽ expulſus: corinthi pu
eros docuit literas.

Diogenes ſinopeus: philoſophus cyni
cus & inuentor cynicę ſectę: q opes
cõtempſit & mendicans libere carpe
bat errãtes: & nulli adulabat̃. Alius
fuit babylonius ſtoicus.

Dione mater veneris: & ꝑ venere po-
nit̃. Ouidius. Hipolyte infœlix vel-
les coluiſſe dionem.

Diomedes penultĩa lõga rex ętolię: ty
deos & deiphylę filius: q ad troiã cũ
ęnea cõgreſſus venerẽ adiuuãtẽ ęneã
ꝑcuſſit. quapropter illa multas ei mi
ſerias attulit: nã vxorẽ eius adulterã
fecit. Quod audiẽs diomedes domũ
venire noluit: ſed in Apuliã ꝓfectus
arpos cõdidit. Itẽ ſocij eius mutati di
cunt̃ in aues herodios. Alius fuit dio
medes rex thracię q ſuos equos paſce
bat carnibus aduenarũ: quẽ tandem
hercules ſuis equis deuorãdũ obiecit

Dioſpolis magna vrbs in finibꝰ ęgy-
pti ad nilũ ſita. alio noĩe thebę: q̃ cen
tũ portas habuit et magnifica edificia

Dirce mulier babylonica & formoſa
Quę qm̃ Palladi cõuitiata fuerat cũ
ſe lauaret verſa eſt in piſcẽ. Alia fuit
dirce vxor Lyci regis thebarũ: q cũ
ante haberet vxorẽ antiopã: & illa
ex ioue grauida eſſet: illã repudians
dircẽ accepit: q̃ antiopiã valde affli-
xit & incarcerauit. Antiopa tñ tẽpo-
re partus ſoluta: peperit gemellos: ſcꝫ
zetũ & amphionẽ: q poſtea Lycũ oc
ciderũt: & dircen alligauerũt caudis
indomitorũ equorũ: q̃ in fontẽ mu-
tata dicit̃. Et em̃ dirce fons circa the-
bas. Vnde dircęus.i.thebanus.

Dyrachiũ vrbs maritima ĩ illirico vl̃
macedonia: prius dicta epidamnũ.

Dithyrambus eſt nomen Bacchi. Itẽ
dithyrambi ſunt verſus in laudẽ vel
honorem Bacchi.

Dodona oppidũ epyri: circa qd' fuit
ſylua quercuũ Ioui ſacrata: in qua co
lumbę olim reſponſa dabant.

Dolon troianꝰ velox pedibꝰ: q noctu
miſſus explorator ad caſtra gręcorũ
ꝓ p̄mio popoſcit equos achillis. Sed
dep̄henſus a diomede & vlyſſe: q &
ipſi exploratũ exierant: cõſilia troia-
norũ illis aperuit ſpe vitę cõſeruãdę
quę tamẽ ſpes ipſum fefellit.

Dolopes ſunt quidã gręci: ſcꝫ ppl̃s in
theſſalia q cũ pirrho venerũt ad troiã
Virgi. Dolopũ qꝫ exercitus omnis.

Donuſa eſt inſula in ęgęo mari.

Doris idos. nympha oceani & tethios
filia & vxor Nerei. Ponit̃ pro mari.
Virgilius. Doris amara ſuam nõ in-
termiſceat vndam.

Doris vel dorica eſt quędã pars gręcię
circa theſſaliam.

Doriſcum promontoriũ in attica.

Drepanũ oppidũ ſicilię & mons. Vir
gilius. Hinc drepani me portus & il-
letabilis ora. Vbi obijt Anchiſes.

Dryades nymphę ſyluarũ vl̃ arborũ
q̃ & hamadryades vocant̃. nã drys
gręce quercũ ſignificat. Declinat̃ aũt
hęc dryas huius dryadis.

Dryopes populus circa parnaſum: ſcꝫ
phocenſes cultores Apollinis.

Dryide vel driudę erant magi aut ſuꝑ
ſtitioſi homines in Gallia ſyluas in/
habitantes.

Dulichiũ inſula in ſinu maliaco mari cir/
ca achaiã inter echinades inſulas &
itachã: ſub ditione vlyſſis olim. Vñ
dulichius accipitur ꝓ vlyſſe vel ad
eum pertinente.

Durias magnus fluuius hiſpanię circa
numantiã ꝑ vacceos fluens: qui ga
lętiã ſeparat a luſitania.

EBurones ſunt gallię bel/
gicę populus: qui nũc dicunt
Leodienſes.

Echadana vrbs medorũ caput regni.

Echinades vel echinę ſunt inſulę ĩ ma
liaco mari.

Echion fuit vnus e ſocijs Cadmi pri/
mi regis thebarũ: & pater Penthei re
gis: qui ab eo dicit echionides & echi
onius. i. thebanus.

Ediſſa vrbs meſopotamię vel ſyrię:
vbi regnabat abagarus qui chriſto li
teras miſiſſe fertur.

Elea vrbs grecię in ęolica regione: vbi
natus fuit Zeno: qui ab ea vocat elea
tes: hinc eleatica doctrina dicit logica
quã zeno eleates ĩuenit: vt ait ariſto.

Electra filia oceani & tethyos: vxor
Atlantis. Alia fuit filia atlantis. Item
alia ſoror Oreſtis.

Elamitę ppl's maritimus in Arabia.

Elimais regio aſię maior vicina pſidi

Elis idos vrbs achaię vel arcadię: apd'
quã exercebat currule certamẽ in ho
norẽ iouis olympici. Inde eleus a um
de quo Virgilius. Hic vel ad elei me
tas & maxima campi &c̃.

Eleuſin vel eleuſis eſt ciuitas in attica:
nõ pcul ab Athenis: vbi erat nobile
templũ cereris: quę ex hoc dicit eleuſi
na mater.

Elice eſt ſtella mar vel ſidus iuxta po
lũ arcticũ: quod dicit vrſa maior vel
caliſto. Vide ſupra Arctos. Lucanus
Parrhaſis obliquos elice cũ verteret
axes.

Eliſa eſt propriũ nomen didonis regi
nę primę Carthaginis.

Elyſiũ ſm poetas eſt locus ĩ medio in
ferorũ ſuis voluptatibꝰ plenus: vbi
dicunt eſſe animę bonorũ. Virgilius.
Sed amoena piorũ Cõcilia elyſiũq;
colo. Hinc adiectiuũ elyſius.

Elpenor vnus e ſocijs vlyſſis quẽ cir
ce mutauit in porcũ. Homerus tamẽ
ait: ꝙ cũ ebrius eſſet de ſcalis cadens
ſit mortuus.

Emathia eſt regio grecię: alio nomine
macedonia vel theſſalia.

Emerita auguſta eſt vrbs luſitanię ap
poſita Anę fluuio.

Emaus vrbs paleſtinę; poſtea dicta ni
copolis.

Emolphus pater muſei poetę vetuſti.

Empedocles agrigẽtinus. i. ex agrigen
to oppido ſicilię: vir doctus: diſcipu
lus Pythagorę & inuentor rhetoricę
poeta & philoſophus: qui de rerum
natura verſibus ſcripſit. Hic vt puta/
ret deus factus: noctu a ſocijs clãdiſ
cedens in ardentẽ caminũ mõtis ętnę
ſe miſit: ſed ferreę eius crepidę ex ca/
mino ꝑ flammã reiectę rem patefece
runt. Horatius. Deus immortalis ha
beri Dum cupit Empedocles arden/
tem frigidus ętnam inſiluit. Alij tñ
aliter de eius morte ſcripſerunt.

Enecladus gygas titani & terrę filius
cũ cõtra deos bellaret a ioue fulmine
dicit occiſus: & ſub ętna mõte ſepul
tus: vt ait Virgi. iij. ęneidos.

Endymion quidã paſtor quẽ luna a/
mauit: & vt eũ dormientem poſſet
oſculari: ſopiuit eũ in lathmio mon/
te carię. Ouidius Lathmius endymi
on non eſt tibi luna pudori.

Engonaſis a curta: eſt ſignũ coeleſte:
interpretat genu innixus. Nã videt
eſſe vir cũ dracone pugnans: quem
volunt eſſe Herculem.

Enyo eſt bellona. i. dea belli vel furor
bellicus. Martialis. Cum dubitaret
adhuc belli ciuilis enyo.

Enyochi quaſi tenẽtes habenas: id eſt



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-135531-p0031-2

equitātes: ſunt ferus populus in pontica regione.
Enipeus auriga Hectoris a diomede occiſus.
Enipheus fluuius theſſaliȩ: ab Othry monte deſcendens in apidanū̄ fluuiū̄ Lucan⁹. Sanguine rhomano ꝙ turbidus ibit enipheus.
Ennoſigeus. i. Neptunus deus maris: quaſi cōcutiens terrā. Nā enno ſignificat concutio: geā terram. Iuuenalis. Ipſum compedibus qui vinxerat ennoſigeum.
Eous eſt oriens vel aurora. Virgilius Aut cū ſole nouo terras irrorat eous. Accipit etiā adiectiue. Lucan. Tradimus heſperias gentes aperimus eoas id eſt oriētales. Scribit etiā quādoqꝫ ꝑ diphthongon æ. Virgilius. Acooſqꝫ domos arabum.
Epamiundas thebanus dux optimus occiſus a ſpartanis in prelio. Cū quo (vt ait Iuſtinus) gloria thebanorum & nata & extincta fuit.
Epheſus media curta: vrbs aſiȩ & metropolis ioniȩ ab amazonibus condita: teſte Plinio.
Ephialtes filius Aloei & frater Oeti. Vide ſupra Aloeus.
Epicharmus ſiculus: poeta comicus & philoſoph⁹ Pythagorȩ diſcipulus
Epidamnū vrbs macedoniȩ: alio nomine dyrachium.
Epidaurus vrbs Achaiȩ: vbi colebat̃ Aeſculapius: qui ob hoc dicitur epidaurius. Itē eſt vrbs maritima in dalmatia vel illyrico: quȩ nunc rhaguſium vocatur.
Epicurus athenienſis philoſophus qui voluptatem ſtatuit ſummū bonum Inde epicureus. i. qui epicuri ſectam ſequitur.
Epimethus filius Iapeti & frater Promethei pater Pyrrhȩ.
Epimenides cretenſis a patre ſuo miſſus in agrū vt ouē afferret: diuertens in ſpecū dormiuit. lvij. annis. deinde excitatus ouē quȩſiuit: putans ſe pau luſū dormiuiſſe. Poſtea philoſophari cœpit. Vixit annos. clij. ſm alios vero ducentos nonagintanouem.
Epirus i ꝓducta eſt regio inter illyricū & macedoniā: nūc vulgo vocat̃ Arton. Hinc fit epirota. i. aliquis de epiro.
Ephire media curta vrbs Achaiȩ: poſt dicta Corinthus. Inde ephyreus. Lucanus. Ephyreaqꝫ mœnia ſeruat.
Ephrata oppidū iudeȩ: alio noīe bethleem: vbi Chriſtus natus eſt.
Eraſinus i producta fluuius Achaiȩ magnus.
Erato o correpta eſt vna muſarū: & interpretat̃ amabilis.
Erebus pars inferni vbi min⁹ mali cōtinent̃. Virgilius. Ad genitorē imas erebi deſcendit ad vmbras.
Erembi populus ferus in finibus arabiȩ in ſpecubus montiū nudus degēs & ſine opibus.
Erycina. i. ven⁹: ſic dicta ab eryce mōte ſiciliȩ: in quo celebre templum habuit. Horatius. Siue in manus erycina rides.
Erichteus rex athenarū: alio nomine erichthonius.
Erichto q̄dā venefica vel incantatrix peſſima: vnde ponit̃ ꝑ qualibet maga vel incantatrice.
Erichthonius vel erichteus filius vulcani: qui cū Pallade coire voluit: ſed illa fortiter reſiſtēte ſemen in terrā cecidit. Quod Pallas videns prȩ pudore terra cōtexit. Ex quo nat⁹ eſt erichthonius: quē pallas infantē ciſtella inclusum tradidit alendū filiabus cecropis regis athenienſis. Itē erichtonius dicit̃ habuiſſe pedes ſerpentinos: & ideo primus inſtituit curribus vehi. Virgilius. iij. georgico. Primus erichthonius currus & q̄tuor auſus iungere equos &c̄. Idem argenti fuit inuentor ſm Plinium.
Eridanus magnus fluuius in italia: ab alpibus veniēs. Alio nomine padus Lucanus. Eridanus fractas deuoluit

ſiı̄ ęquora ſyluas.

Erigone filia icarĳ & ſoror penelopes Quę patrem ſuū a ruſticis ebrĳs occiſum ita luxit: vt ſeipſam ꝑ dolore ſuſpenderit. Sed miſeratione deorum mutata fuit in cœleſte ſignū: qđ virgo dicit̄. Virgilius. Qua locus erigonen inter chelaſq; ſequentes.

Erymanthus eſt mons ſyluoſus arcadię: in quo aprū terribilē hercules cępit: & viuum detulit euriſtheo regi: Eſt etiā fluui⁹ ab illo mōte defluens

Eriphyle penultima lōga vxor amphiarai vatis: quę illū latentē ꝑdidit ob auaritiā. Nā argia regis filia pulchrū monile ei ꝓmiſit: ſi virū ſuū mōſtraret. Quod cum feciſſet: & ille ad thebas perĳſſet alcmaus fili⁹ eriphilem occidit in vltionē patris ſui.

Eriphiſa inſula vna ex ęolĳs: quaſi litem ſufflans.

Eriſiton penultima longa: quidā theſſalus qui Cererē ſpernēs & eius lucū ſuccidēs: tā famelicus factus eſt vt cō ſumptis omnibus bonis venderet ꝓ cibo etiā filiā quę ope Neptuni in varias ſpecies mutata ſemꝑ refugit emptorē ſuū. Tandē eriſiton ꝓpria mēbra pręfame comedit. Ouidius. viĳ. metamorphoſeos.

Eryx filius neptuni & veneris: rex ſicilię. Eſt & mons in ſicilia ꝓpe drepanum ab rege denominatus. In quo monte templum veneris fuit: vnde dicit̄ erycina.

Erythreū mare. i. rubrū mare: nā rythros grece ruber dicitur.

Eron puella in vrbe helleſponti ſita. Vide in dictione Leander.

Eros huius eru: dicit̄ amor aut charitas. Sed eros huius erotos eſt cupido .i. deus amoris.

Eſſedones populus ſcythicus: q̄ funera cantu efferebāt: & carnes mortuorū mixtis pecudū carnibus edebant. Item de oſſibus humanis pocula faciebant.

Eſis fluuius vmbrię.

Eteocles filius Oedippi regis thebarū qui cū Polinice fratre ſuo ita cōuenerat vt alternis annis regnarent. Sed eteocles anno ſuo finito noluit fratri credere regnū: quare Polynices adraſtū regē argiuū ſocerum ſuum & alios principes achaię cōmouit ad bellū gerendū contra eteoclen. In q̊ bello cū multi vtrinq; eſſent occiſi: tandem ipſi fratres ſcilicet eteocles & Polynices congreſſi: alter ab altero ſunt interfecti. Quorum cadauera cū in vno rogo cōburerent̄: flāma diuiſit in duas partes: quaſi illi nondū finiſſent odia. Statius in thebaide.

Ethruria eſt regio italię: alio noīe thuſcia: inter macrā & tybrim fluuios. In qua ſunt vrbes. xi. ſcꝫ peruſiū: cornetū: volaterta: piſe: luca: ſarſana: piſtoriū: ſene: aretiū. florētia: maſſa. Inde ethruſcus. i. thuſcus: vt populus ethruſcus & ſermo ethruſcus.

Euan eſt cognomen Bacchi: a voce bacchantium.

Euander mercurĳ & nicoſtratę vł̄ carmētis ilius: cū fratrē ſuū imprudens occidiſſet: fugit ī italiā & in palatino mōte fecit oppidū noīe palantęum.

Euanne vel euande filia Martis ex thebe vxore Aſopi: vxor campanei ducis: quē adeo dilexit vt in rogū eius miſerit: & cum illius cadauere fuerat exuſta.

Euboia inſula adiacēs atticę & boetię valde ꝓpinqua: Eſt & vrbs in eadē quę hodie dicit̄ nigropontus.

Euclides i ꝓducta megarēſis pħus auditor Socratis & inſignis geometra. Qui q̊tidie ex Megera athenas ibat ad Socratē audiendū: & tpe belli in habitu muliebri ne noſceret̄.

Euchion nomen Bacchi.

Eudoxus magnus aſtronomus et medicus & geometra: qui primus annū deprehendit & conſcripſit.

Euenus e producta fluuius ętolię.

Euganei populus vetus in venetia. nā veneti pepulerunt euganeos.

Euhyus.i.bacchus.Horatius. Curas
edaces diſſipat euhyus.Et interpreta
tur bonus filius.

Euhyas.i.baccha ſacerdotula bacchi.

Eumenides ſunt furię infernales.Oui.
Eumenides tenuere faces &c̄. In ſin/
gulari dicit̄ eumenis media curta.

Euphranor ſtatuari⁹ & pictor īſignis

Euphrates media ꝑducta grandis flu/
uius parthorū:q orit̄ in periarde mō
te armenię:nō longe a fonte tigridis:
& tranſiens babylonē tandē influit
mare rubrum.

Eumolphus pater muſei poetę vetu/
ſtiſſimi.Alij ſcribunt emolphus.

Euphroſyne eſt vna de tribus gratijs:
& interpretat̄ lętitia.

Eurialus nobilis adoleſcens troianus
cū Aenea ꝓfectus in italiā.Qui cum
Niſo amico ſuo egreſſus nocte ꝑ ho
ſtiū caſtra ad Aeneā:cū multos ho/
ſtiū occidiſſent:tandē ab equitibus
dep̄henſus eſt euryalus. Quē Niſus
cū eripere nō poſſet:cū eo mori ma/
luit ꝙ fugere. Virgilius libro.ix.

Eurydice vxor Orphei ab ariſtęo ada
mata. Quē cū quandoq; illa fugeret
in ſilua a ſerpente icta interijt. Pro q̄
recuperāda orpheus inferos adijt: &
carminibus illos ita flexit:vt eā ſibi
redderent hac lege ne reſpiceret illam
donec ad ſuperos rediſſet. Quod cū
prę amore nō ſeruaſſet:iterū eā ami/
ſit. Virgilius.iiij.geor. Alia fuit Euri
dice vxor Neſtoris.

Euripides poeta tragicus:tandē a cani
bus laceratus.

Euripus media ꝑducta eſt pars maris
inter euboiam & boetiā:vbi fluctus
ſepties in die & totiens in nocte mu/
tatur:tā vehementer vt naues plenis
velis currentes retrahat ſecū. Accipit̄
pro quouis luctu.

Euryſtheus filius ſtheneli rex mycena
rum:qui aſtutia iunonis herculē ad
arduas res agendas incitabat:vt ſic il
le periret. licet Hercules virtute ſua
ſemper victor euaderet.

Eurytus media curta rex œchalię pa/
ter ioles:quē Hercules vrbe capta oc
cidit:eo ꝙ filiā deſponſatā ſibi negaſ
ſet.

Europa o longa:filia agenoris re
gis phenicū:quā iupiter forma bouiſ
aut vituli raptā abduxit in cretam.
Eſt etiā tertia pars orbis terrę:incipi
ens a tanai vel helleſpōto:& deſinēs
in atlanticū fretū. Regna europę ſūt
Gręcia:thracia:illyricum:pannonia:
germania:italia:gallia:& hiſpania:
cum inſulis vicinis.

Eurotus o longa fluuius laconię:ſpar
tā vrbē p̄terfluens:cuius ripę lauro
abundant:vnde ſacratus Apollini di
citur.

Euterpe eſt vna muſarū:ab euterpo:
quod eſt bene delector.

Eutynius poeta locrēſis:ſemꝑ victor
in olympia:iouis & apollinis iuſſu
viuus conſecratus.

Euxinus eſt pars maris iuxta bizan/
tiū:alio noīe pontus. Et interp̄tat̄ bo
nū hoſpitiū:vn̄ ſic dicit̄ ꝑ antiphra/
ſim:qa ibi ſunt loca periculoſa. Oui
dius. Quem tenet euxini mendax co
gnomine pontus. Antea dicebat̄ axe
nus.i.hoſpitalis.

Exquilię arū.mons & vicus in vrbe
rhoma ſic dictus:quia ibi erat arx &
excubię regis tulli qui illum montē
vrbi addidit.

¶Nota. Multa nomina quorū princi
piū ſonat e.inueuies in litera A aut O.
videlicet quę habēt in principio diph/
thongum æ aut œ. Item aliqua inue
nies in litera H quę forſan hic q̄reres

¶De litera F nullum nomen ponit
Tortellius.

FAbaris media curta/ flu/
uius Sabinorum:alio nomine
farfarus.

Fabius maximus conſul rhomanus q
cōtra Hannibalē dictator.i.ſummus
mus princeps electus:illius conatus
aſtutia ſua impediuit:& illi⁹ ferociā
ſua patiētia fregit:& (vt Ennius ait)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-135531-p0034-8

cũctando rhomanã rẽ reſtituit. Fuerũt & alij clariſſimi viri h̃ noĩe. Itẽ treceti & ſex fabij occiſi fuerũt ꝑ inſidias a veietibus: tũdiu & egregie cõtra illos bellaſſent: ſupra Cremera.

Fabricius cõſul romanus: q̃ cõtra ſamnites & Pyrrhũ regẽ bella geſſit valde ſobrius & fidelis. Nã munera hoſtiũ ſpreuit: & regis medicũ ſibi pollicentẽ necẽ dñi ſui ligatũ remiſit ad regẽ: ſcribẽs qd ille facere voluiſſet.

Faliſci pp̃ls ethrurię: quoꝝ vrbẽ noĩe falerios Camillus romanus dux obſedit: ludimagiſter q̃ſi ſpaciatũ egreſſus cũ faliſcorũ filijs: illos tandẽ tradidit Camillo. Sed Camillus eũ nudatũ & a pueris cęſum remiſit in vrbẽ. Quare faliſci iuſticiã Camilli admirati vrbẽ illi dediderunt.

Falerij fuit vrbs faliſcorũ: nunc vicus in ethruria.

Falernũ mõs cãpanię vbi valde bonũ vinũ naſcit: qđ & falernũ a loco dr̃.

Fanũ vrbs piceni in litore adriatico: inter piſaurũ & ſenogalliam: vbi olim fuit fanum. i. templũ fortunę.

Fauentia ciuitas in flaminea quę & forum ſempronium dicitur.

Faunus vet⁹ rex aboriginũ in latio: filius pici: deus habitus poſt mortem.

Fauni dicunt a poetis agreſtes dij vel animalia monſtroſa.

Feltrũ oppidũ italię in marchaia taruiſina.

Felſina vrbs italię ĩ flaminea vł emylia: quę vrbs etiã bononia dicit. Baptiſta Mantuanus. Felſina dicta fuit ſermone bononia priſco.

Ferraria vrbs italię ad veterẽ padũ ſita

Feronia mons & nympha in cãpania circa terracinã: & ſm alios etiã vrbs circa ſoracte montem.

Ferentum oppidũ apulię aut lucanię.

Ferentinum oppidum ethrurię.

Feſcennia oppidũ ethrurię: vbi nuptialia carmina dicunt inuenta: q̃ ob hoc feſcennina vocant.

Feſulę arũ. vrbs olim ethrurię: nõ procul a florentia: nunc vicus modicus: licet epiſcopalẽ ſedem retineat.

Fidenę arum. fuit oppidũ in latio. Inde fidenates.

Firmũ oppidũ in piceno. Iñ firmanus

Flaminea eſt italię regio: q̃ & emylia & vulgo romandiola dicit. In q̃ ſunt vrbes Bononia: fauentia imola: rauẽna & ariminũ cũ alijs.

Flaminea via eſt quã flaminius cõſul rhomanus ſtrauit lapidib⁹ a rhoma vſq; ariminũ. vñ & via & regio nominata eſt ab illo cõſule q̃ ligures vicerat.

Flauius erat nomen familię rhomanę ex qua erant veſpaſianus & filij eius Titus & Domitianus: qui a Iuuenale dicit flauius.

Florentia vrbs inſignis ethrurię ad arnũ fluuiũ: primo dicta fluentia: hãc a gothis euerſam carolus magnus reformauit.

Fluentia olim dicebat florentia.

Formię oppidũ cãpanię: olim ſedes leſtrigonũ iuxta caietã. Inde formianũ. i. prędium iuxta formias.

Forũ corneliũ eſt ciuitas in flaminea q̃ & forũ ſillę: & vulgo vocat imola

Forum iuliũ ciuitas q̃ & aquilegia dicitur. Vide in dictione Aquilegia.

Forliuium & forumliuiũ eſt ciuitas ĩ flaminea.

Forumſemproniũ vrbs in flaminea: alio noĩe fauentia.

Franconia regio germanię inter haſſiã & ſueuiã. Cuius vrbes ſunt Franckfordia: bãberga: mogũtia: & cęterę.

Fregellę arũ. vetus oppidũ in latio.

Fucinus ĩ curta: magnus lacus marſorum in italia.

Fulginia vrbs vmbrię inter ſpoletũ & nuceriam.

Fruſino ciuitas in latio vel cãpania.

Fundi vrbs latina in appia via: vnde vinũ fundanũ. Alij ponunt in cãpania: quod parum differt.

Furię dicunt treſ filię acherõtis & noctis: ſcilicet Alecto: tiſiphone & me-

gerat: quę torquēt inferos: & ꝑ capil
lis habēt angues. Vocant etiā dirę &
eumenides: & inferni canis.

GAbiorū. fuit vrbs vol
ſcorū in latio: euerſa tandem
a rhomanis. Inde Gabinus a ū.
Gaballi populus gallię celticę in arela
tenſi ducatu.
Gades gadium eſt inſula oceani vltra
bethicā hiſpaniā circa columnas her
culis. Inde Gaditanus.
Gaddir eſt vrbs in gadibus: vel ipſa
inſula.
Gęon eſt fluuius per ęgyptū & ethio
piā fluens. Alio noīe Nilus: & orit
a fonte paradiſi.
Galathęa nympha marina: filia nerei
& doridis.
Galatia vel gallogręcia eſt prouincia
aſię minoris. nā galli olim agros phri
gię: lydię & paphlagonię occupātes:
a ſe denoīauerūt galatiā: & ipſi dicti
ſunt galatę vel gallogręci.
Galętia vel galatia eſt ꝓuincia hiſpa
nię: habens ab oriēte ſequanā fluuiū
a meridie luſitaniā: ab occidente &
ſeptentrione oceanum.
Gallogręcia regio aſię: quę & galatia.
Vide ſupra.
Galeſus e longa fluuius calabrię: ꝓpe
tarentum.
Galienus pergamenus medicus p̄ſtan
tiſſimus tꝑibus Antonij imꝑatoris.
Galilęa eſt pars iudeę trans iordanem
cōiuncta ſyrię & arabię.
Gallia regio europę inter hiſpaniā &
germaniā ſita: diuidit in tres partes:
quarū prima dicit belgica: altera vo
cat celtica vel lugdunenſis: tertia vero
aquitania. Prima eſt ꝓpinqua germa
nię: ſcʒ a ſcalde fluuio ad ſequanā. Al
tera a ſequana fluuio ad flumen ga
rumnā. Tertia a garūna ad pyreneū
montē vel ad hiſpaniā. Et etiā gallia
in italia: quā italiā vocāt galliā ciſal
pinā. & vulgo lombardia dicit.
Gallus fluuius phrygię: cuius aqua po
tantes fecit furere. Ouid. Amnis it in
ſana nomine gallus aqua. Hinc dice
bantur galli ſacerdotes Cybeles deę
phrygię: qui ſe caſtrabant: & inter ſa
crificandū furioſe ſe habebāt. Lucanus
Crinēq rotantes Sanguinei populis
vlularunt triſtia galli.
Ganges magnus fluuius indorum: ex
fonte paradiſi ortus. Inde gangeticus
.i. indicus. Lucanus. Et quas ſentit
arabs: & quas gangetica tellus.
Gangaridę ppls indię iuxta gangem.
Ganymedes filius trois regis troię: ob
admirandā pulchritudinē ſuā raptus
ab aquila: & pincerna iouis factus.
Garamantes ppls libyę vel aphricę.
Garamantes ſunt ppli libyę iuxta ſyr
tes: ſupra quos pſylli: vt Plinius tradit.
Garganus mons apulię. Lucan. Apu
lus adriacas exit garganus in vndas
Gargara pluralr mōs & oppidū ſub
monte in myſia: & ꝓ tota regiōe po
nit. Alij volūt eſſe cacumē mōtis idę
Gargarus eſt lacus phrygię iuxta idā
montē: ex quo lacu ſcamander & ſy
mois fluuij decurrunt.
Garumna fluuius gallię qui celtas ab
aquitania ſeparat.
Gaurus mōs cāpanię nō ꝓcul auerno
Gaza ē vrbs paleſtinę vel iudeę: vbi
olim regia gaza .i. pecunia erat.
Gabenna ciuitas allobrogū in ſabau
dia: quę & Aureliana dicitur.
Gelon rex aut tyrannus ſicilię.
Geloni ppls ſcythicus: & ꝓducit o.
Gelas vrbs & fluuius ſicilię.
Geneſara lacus galilęę. xvi. milia paſ
ſuū lōgus: & ſex milia paſſuū latus:
atq multis oppidis ſeptus. Etiā dici
tur mare galilęę & mare tyberiadis.
Nā tyberias vrbs ei adiacet.
Genius dicebat a priſcis deus naturę:
& qui omniū rerū gignendarū vim
haberet. vnde cuiq rei genitę dicebat
ſuus genius. Itē aliqui aſſignāt cuiq
homini duos genios: ſcʒ bonum &
malum: ſicut theologi duos angelos
Accipitur etiā genius pro natura: vt

fluuium defraudans genium.
Genua nobilis vrbs liguriȩ: quȩ vul-
go ianua dicit.
Geriones o curta rex hiſpaniȩ: q pro-
pter tria regna ſua dictus eſt tricor-
por: occiſus ab Hercule. Alij dicunt
fuiſſe tres fratres ita cõcordes vt vnꝰ
putaretur.
Germani dicti ſunt quaſi fratres gal-
lorũ: quibꝰ ſolẽt pares eſſe moribus
Germanorũ (inquit Plinius) quinq̃
ſunt genera. Primũ genus vindelici:
quorũ pars burgundiones: varinȩ:
charini: guttones. Alterũ genus inge
nones: q̃rũ pars cimbri teutoni. Pro-
ximi aũt rheno iſteuones: q̃rũ pars
cimbri mediterranei. Quartũ genus
hermiones: quorũ ſueui: hermũduni
chatti: cheruſci. Quinta pars pencini
baſterni: contermini dacis.
Germania habet ab oriẽte dacos: ab oc
cidente gallos: a meridie italiã: ab a-
quilone oderã flumen: quo a ſarma-
thia ſeparatur.
Getȩ pp̄ls thraciȩ: vel (vt alij dicunt)
iuxta thraciã. Sũt em̄ getȩ iuxta hun
gariã: qui vulgo vocant walchi: &
trãſſiluani qui olim daci noĩabant.
Getuli populus vagus ĩ aphrica. Lu
canus. Inculto getulus equo ſemꝑ q̃
paratus.
Gyarus a curta: inſula parua & vna
cycladũ: quo mittebant exules rho-
mani. Ponit etiã pluraliter.
Gyges coeli & terrȩ filius & frater bri
arei: gygas maximus & centimanus
Alius fuit rex lydiȩ: q cõſuluit apol-
linẽ delphicũ an aliquis eſſet ſe foeli
cior. Apollo aũt ꝓtulit illi Aglaum
quendã ruſticum & pauperem.
Gymnoſophiſtȩ erant ſapiẽtes indorũ
qui ibant nudi. Nam gymnos grȩce
nudus dicit.
Gindes fuit magnus fluuius aſſyrio-
rum: quem Cyrus rex: quoniã exer-
citũ ſuum impediſſet & dilectũ ſibi
militẽ abſumpſiſſet: in quadraginta
ſex alueos diuiſit.

Glaucus quidã marinus deus. De q̃
vide in dictione Scylla.
Gnydus vrbs in caria. Horatiꝰ. O ve
nus regina gnydi.
Gnoſus vrbs cretȩ inſulȩ. Inde Gnoſſi
us .i. cretenſis.
Gnoſis .i. Ariadne filia Minois regis
cretȩ.
Gorgias leontinus ſophiſta & rhetor
inſignis: qui arte ſua ſic ditatus fuit:
vt aureã ſtatuã primus omnium poneret
in templo Apollinis delphici.
Gorgon dicit Meduſa filia Phorci: q̃
cũ duabus ſororibus habitabat gor-
gades inſulas in oceano ȩthiopico: q̃
ſorores dictȩ ſunt gorgones .i. agiles
De his vide Meduſa. Item a gorgon
fit gorgoneus.
Gordius rex phrygiȩ primo ruſticus.
Nã cũ phryges oraculũ cõſuluiſſent
ſuꝑ electione regis: reſponſum eſt: vt
illũ crearent regẽ qui templũ primꝰ
intraret. Itaq̃ primus venit gordius
ruſticus: lora plauſtri portans. Qui
rex factus lora illa in memoriam rei
ſuſpendit in tẽplo iouis: q̃ ita ꝑplexȩ
erant cõnexa vt difficillime poſſent
diſſolui: & ferebat oraculũ: vt q lo-
ra illa diſſolueret regno potiret.
Gordiũ vrbs principalis in phrygia:
a gordio rege dicta.
Gothi ſunt pp̄ls ſcythicus circa daciã
& norwegiã: qui nunc ſueti & ruſci
vocant. Hi tp̄e Honorij imperatoris
multas prouincias alarico rege pua-
gati etiã Rhomã ceperunt.
Granicus fluuius phrygiȩ.
Gracchi erãt duo rhomani fratres: no-
biles & eloquẽtiſſimi: ſed ſeditioſi et
cõcitantes plebẽ cõtra ſenatũ: quare
occiſi ſũt a ſenatu. Iuuena. Quis tule
rit gracchos de ſeditione querentes.
Gradiuus .i. Mars deus belli. Virgiliꝰ
Gradiuũq̃ patrẽ geticis qui preſidet
aruis.
Gryllus filius Xenophontis: qui pro
patria fortiter pugnans occubuit: lau
datus a multis.

Grynia vrbs aſię: vnde grinęum & grinęus Apollo.

HAdria fuit vrbs maritima in italia: a qua dicit hadriaticū mare: quod eſt inter italiam & illyricum.

Halcyone filia neptuni: vxorq; cęycis quē illa ſummerſum videns: ſe q̊q; prę dolore ſummerſit: ambo dicunt mutati in aues q̄ vocant halcyones: & hyeme circa mare nidificāt: & pullos tunc excubant.

Halycarnaſus vrbs carię maritima.

Halys fluuius ortus in monte tauro: & in euxinū deſinēs: qui quondā diuiſit regnū Crœſi a regno pſaꝝ. Crœſo aūt apolline cōſulēte ſup bello qđ cū cyro rege pſarū gerere cogitabat: ſic Apollo reſpondit: Crœſus tranſgreſſus halym plurima regna &c̄.

Halizones ppl's paphlagonię: q̄ſi mare cincti. nā halys gręce ſcat mare.

Hamadryades ſunt nymphę q̄ cū arboribus & naſci dicunt & mori: Nā hama ſignificat ſimul: drys quercū.

Hamilcar dux carthaginenſis pater hānibalis.

Hannibal pœnus. i. carthaginēſis dux clarſſimus: qui. xvi. annis bellū cruentiſſimū geſſit ī italia cū rhomanis: neq; pelli potuit donec a ſuis reuocaret. Tandē in aphrica victus a ſcipione fugit in aſiā ad regē Antiochum: deinde ad pruſiā regē bithynię ſollicitans illos ad bellū rhomanis inferendum. Tandē cū Pruſias rex eum rhomanis tradere vellet: venenū quod ī anulo habebat ſumpſit.

Harmonides troian⁹ faber qui naues Paridis fecit.

Harpalice regina amazonū: q̄ patrem ſuū regē thracię a getis captū ſubito impetu liberauit.

Harpyę dicunt fuiſſe aues rapaces capitibus humanis. De quib⁹ Virgili⁹ iij. ęnei. Harū noīa ſunt Aello: ocypete: celeno & thyella. De his vide infra Phyneus & ſtrophades.

Harpe falcatus enſis Perſei: quo meduſam & cetum dicit occidiſſe.

Haſdrubal dux carthaginenſis: frater Hannibalis: occiſus a rhomanis in faucibus italię cum magno exercitu quē fratri afferebat.

Hebe filia iunonis pincerna iouis ante ganimedē: tandē facta vxor herculis deificati & dea iuuentę dicit.

Hebrus fluuius thracię ortū habēs ex pindo monte.

Hebrei ſunt iudei ſic dicti vł ab heber quodā proauo ſuo: vel potius quia tranſierunt ſiccis pedibus rubrū mare & iordanē. Nam hebręus interpretatur tranſitor.

Hecate media breui eſt ꝓſerpina vxor Plutonis & inferorū regina: ab hecatos quod eſt centū: quia centū victimis ſacrificabant.

Hecatombe ſacrificiū centū victimis conſtans: quod fiebat Proſerpinę vel conſtans centū aureis ſolidis.

Hecatompylos vrbs parthorū regni caput.

Hector troianus dux fortiſſimus: fili⁹ Priami & hecubę: poſt multas grecorū cędes occiſus ab Achille.

Hecuba filia ſcyſſei regis thracię vxorq; Priami regis troię: quę poſt excidiū troianū viro cū filijs occiſo: mutata dicit in canem.

Hedui populus gallię ī prouincia lugdunenſi.

Hegeſias cyreneicus philoſophus: qui mortē adeo laudabat: vt audito illo multi ſe occiderent.

Helena filia iouis ex leda vxore tyndari regis laconię. Hęc ob eximiā pulchritudinē bis rapta fuit: primum adhuc puella a theſeo: ſcđo iā Menelao nupta a Paride. Propter quā recuperandā greci cū troianis decēnale bellū geſſerūt. Et corripit mediam.

Heliades dicunt filię ſolis ex neęra: ſcʒ vetuſa: lampetia & lampetuſa. quę caſum fratris ſui phaetontis adeo fle-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-135531-p0038-1

uerūt vt in arbores mutatę ſint quę electrum manant. Ouidius.ij. meta mor. Helios aūt grece ſol dicit.
Heliopolis vrbs egypti: quā aliq ſcribunt etiā thebē fuiſſe dictā. Plinius aūt theben dicit vocatā fuiſſe dioſpolim. Et Strabo inquit heliopolim eſſe deſertam.
Heliogabulus fuit imperator quidam rhomanus turpis vitę.
Helicon mons in aonia nō longe a parnaſſo muſis dicatus. nā in eo eſt fons caballinus quem pegaſus foecit.
Helorus fluuius ſicilię. Virgil. Exupero pręgingue ſolū ſtagnantis helori.
Hellas adis dicit grecia ab hellene rege filio deucalioīs: itē hellenes ipi gręci.
Helle filia adamantis regis thebanį & nepheles. Quę cū Phryxo fratre ſuo nouercales inſidias fugiēs: arietē aurei velleris aſcēderunt vt veherentur in colchon: Cū aūt veniſſent ſup mare iuxta bizantium: helle territa decidit: & ſummerſa eſt. Vñ mare illud dicit ab ea Helleſpontus: quod eſt a Tenedo inſula vſq; ad propontidē ſatis anguſtum.
Heluetij populus gallię: qui hodie ſulceri vel ſuitenſes dicunt.
Hemonia regio gręcię q̄ & Theſſalia vocatur.
Heraclea vrbs in gręcia ad Oetā montem. Alia in propontide vel thracia habens maximū amphiteatrū. Item alia in ponto ad lycū fluuiū. Alia itē in italia in finibus campanię. Hinc heracleotes. i. de heraclea.
Hercules filius iouis ex alcmena cōiuge amphitryonis thebani. Cuiꝰ multa ſcribunt & maxima geſta: ſed nō minora vitis. Duodecim labores eiꝰ habet Boetius in fine libri quarti.
Heraclides philoſophꝰ ex heraclea pōtica: valde tumidus: qui moriturus iuſſit cuidā vt draconē a ſe nutritum lecto ſuo cū mortuꝰ eſſet imponeret et & corpus clā tolleret: ſcꝫ vt putaret deus factus. O miſerū philoſophū.

Heraclitus ephęſius philoſophus ſuꝑbus: qui de theologia librum valde obſcure ſcripſit: nolens ſcilicet a vulgo intelligi.
Hercinia ſilua maxima germanię: der ſchwartzwalt. incipiens ab heluetijs & ad dacos tendēs: latitudo eiꝰ eſt. lx dierū itinere: lōgitudo vero ignota.
Hermes dicit mercurius: deorū interpres. Nam hermes gręce eſt interpres latine.
Hermaphroditus dicit mercurij & veneris filius. Nam dicit ab hermes & aphrodite. i. venus. Hic fuit androgenus. ſ. vir & mulier. De quo talis eſt fabula. Nam hermaphroditus cum adoleſcens ſe lauaret in quodā fonte carię: cui inerat ſalmacis nympha: illa eum amans amplexa deos orauit: vt ex ambobus vnus fieret: idq; factum eſt. Hinc omnes androgenij vocantur hermaphroditi.
Hermopolis vrbs ęgypti a mercurio condita.
Hermione filia menelai & helenę: quę puella Oreſti deſponſata fuit. Sed cū Pyrrhus Achillis filius eā duxiſſet: Oreſtes illū occidit & ſponſam recepit. Altera Hermione filia fuit Martis & veneris: vxor Cadmi: cui vulcanus pulchrū: ſed pernicioſum monile formauit. Tandē cū marito mutata dicit in ſerpentem.
Hermus fluuius lydię trahens aureas arenas. Virg. Aut auro turbidus hermus: hunc pactolus intrat.
Hernici ſunt italię populus in cāpania in locis aſperis habitantes. Nā herne ſabinorū lingua ſignificat ſaxa. Eoꝝ metropolis eſt anagnia.
Heroſtratus fuit vir q vt famā ſui nominis dilataret tēplū clariſſimū dianę epheſię incendit: & ſeipſum mox prodidit.
Herſilia vxor Rhomuli.
Heſione filia laomedōtis regis troię et Priami ſoror: quā hercules expugnata troia vxorē dedit Thelamoni.

Heſiodus poeta vetus: ex Aſcra vico boetię: qui prim⁹ de agricultura ſcripſit verſibus.

Heſperia dicit hiſpania: ab heſpero ſtella occidentali. Etiā heſperia dicit italia: ab heſpero rege fratre atlātis. Sed cū hiſpaniā intelligimus: addit vltima. Horatius. Qui nunc heſperia victor in vltima.

Heſperus rex italię frater atlantis. Etiā eſt ſtella veſpertina.

Heſperides erant filię heſperi: vel (vt alij ſcribūt) atlantis: ſcʒ ęgle: crethuſa & heſpertuſa: q̄ amęniſſimos hortos habebāt in aphrica iuxta vrbem lyxon. In quibus hortis erant aurea poma: q̄ cuſtodiebat draco peruigil. Hercules aūt ab euriſtheo miſſus dracone occiſo mala abſtulit. Sed omnia hęc fabuloſa ſunt.

Heſſeni erant quidā iudei ſine mulieribus & ſine pecunia degētes in ſolitudine ſicut religioſi.

Hethturia vide ſupra Ethruria: & Hetruſcus ibidē. Nam quidam aſpirant hęc omnia: quidā vero minime.

Hyades fuerunt ſeptē filię Atlantis & Aethrę filię oceani. Quę fratrē ſuū (qui hyas dictus eſt) a lęęna necatū ita fleuerūt: vt ab eo denoīatę ſint: et ob pietatē in cœlū tranſlatę: ſunt eñ ſeptē ſtellę in capite thauri: q̄ & hędi & ſuculę dicunt & atlantides.

Hyacinthus fuit puer dilectus Apollini: quē cū Apollo imprudens diſco necaſſet: vertit in florē rubeū: q etiā vocatur hyacinthus.

Hyarbas rex getulię: procus Didonis

Hibernia inſula non procul ab anglia: vulgo hirlandia vocata.

Hybla mons & regio ſicilię: abundās apibus & optimo melle. Oui. Quot lepores in atho: quot apes paſcunt in hybla. Inde hybleus a. um.

Hydaſpes magnus fluuius in oriente qui p parthos currit in indiā & indo fluuio miſcetur: dictus ab hydaſpe rege medorum.

Hydruſa inſula inter cyclades: ab aq̄rū copia dicta.

Hydrus vel hydruntū vrbs calabrię ad adriaticū mare.

Hiera inſula prope ſiciliā: quę ſacrata fuit vulcano.

Hiero rex ſicilię.

Hylas filius thyodomantis dilectus herculi: cū quo hylas pfectus cū aquā hauriret ſummerſus fuit.

Hillus filius herculis ex Deianira

Hymeneus filius Bacchi & Veneris: deuſq nuptiarū: qui & hymē dicit. Ouidius. Affuit & ſertis tēpora vinctus hymen.

Himera oppidum ſicilię.

Himetus mons atticę pulcherrimus: floribus abundās & apib⁹. Oui. Vertice de ſūmo ſp florētis himeti. Ex eo dē ſecabat marmor qd' himeiū dicit

Hypanis a curta fluui⁹ magn⁹ ſcytharum: qui alias dulcis apud calipodes Hamaxampeo fonte amaro vitiat.

Hyperborei ppl's ſcythię vltra ryphe os mōtes: qui mirā & fœlicē legunt vitā degere & diu viuere. Itē hypboreus adiectiue. i. ſcythicus vel ſeptentrionalis q̄ſi ſup boreā. Iuuena. Exul hyperboreū ſi dimittat ad axem.

Hypermeſtra filia danai: vide Belides

Hyperion titani & terrę fili⁹: paterq ſolis & lunę et aurorę ſm poetas. Ponit q̄nq p ſole. Cice. i pgnoſcicis: vt cū luna meās hyperionis officit orbi

Hipparcus fuit mathematic⁹ inſignis

Hypperides athenienſis orator temporibus Demoſthenis:

Hippias tyrānus atheniēſis: Piſiſtrati filius. Cuius frater noīe Diocles cū virginē ſtupraſſet a fratre puellę fuit occiſus. Hippias autem fratris occiſorē captū torſit vt cōſcios cędis nominaret: ille aūt noīauit oēs amicos tyrāni. Quibus a tyranno ſine audiētia occiſis: ipſe tyrānus ab athenienſibus pulſus fugit ad Dariū regē pſarū: cui & pſuaſit exercitū mittere in atheniēſes; cū q̄ exercitu ipe tyrānus,

tandē occiſus fuit ab atheniēnſibus.
Hippo ciuitas aphricę: vbi diuus Augustinus fuit epiſcopus. hęc ob aq̃s irrigua vocat̃ a gręcis catarytum.
Hipponax poeta gręcus iābographus patria epheſius: facie deformis: acer ſtilo. De hoc vide Bubalus.
Hippodamia .i. ꝑducta: filia oenomai regis arcadię: cui ꝓphetatū erat ſe periturū cū filia ſua nupſiſſet. quare cū procis filię inſtituit currule certamē iſta lege vt ſi q̃s eū vinceret ipſā acciperet: q̃ſq̃s aūt ab eo vict⁹ eſſet mortē ſubiret. Multis igit̃ ꝓcis victis & occiſis Pelops tantali filius hippodamię nuptias anxie petēs: myrtilū regis aurigā ꝓmiſſione corrupit: nā ꝓmiſit ei virginis primā noctem: ſi victor fieret. Tūc myrtilus axes currus oenomai fecit cęreos: & ſic fracto curru Pelops victor euaſit. Tunc oenomaus ſeipſum interfecit: & pelops regno & regina potitus myrtilū ꝓmiſſa petentē ꝓiecit in mare: quod ab eo myrtoū appellat̃. Alia fuit hippodamia vxor perithoi ꝓpter quā pugna fuit inter cētauros & laphytas. Item alia filia Bryſę: quę Bryſeis dicit̃.
Hippocrene fons in helicone monte: quē dicūt vngula pegaſi factū. Nā hippos ęquus: crene fons eſt.
Hippocrates cous Aſclepij fili⁹: & medicorū princeps: q̃ medicinā diu ꝑditā reuocauit in lucē. Et corripit a.
Hippolite vxor Achiſtę regis magnaſię: q̃ Peleū falſi criminis accuſauit apud virū ſuū: dū ille ſibi conſentire nollet. Alia fuit amazonum regina: quā hercules prelio victā theſeo dedit vxorem.
Hippolitus filius theſei & hippolites predictę ab equis diſcerptus. Nā phędra nouerca cū ad coitū flectere hippolitū nō poſſet: eū falſo accuſauit apud theſeū: quaſi ſe opprimere voluiſſet. Theſeus aūt credulus vxori: rogauit ęgeū patrē ſuū deū marinū vt filiū occideret. Quare cū hippolitus veheret̃ curru iuxta mare: ęgeus phocas .i. beluas marinas emiſit. quibus equi territi currū ruperūt: & hippolitū diſcerpſerūt. Sed ęſculapi⁹ rogatu Dianę quę Hippolitū amabat: vitę eū reſtituit. Quē diana in nem⁹ aricinū iuxta rhomā deduxit: & nomen ei Frbius dedit q̃ſi bis vir. Hippolitus autē interpretat̃ ab equis diſſolutus vel diſcerptus.
Hippocentaurus idem eſt quod cētaurus. De quo vide ſuperius.
Hippomanes nobilis iuuenis & nepos neptuni: qui veneris ope ſuperauit atalantā. Vide ſuperius Atalāta.
Hiſiphile filia thoantis regis lēni. Cū aūt mulieres in lemno viros omnes cōmuni cōſilio vna nocte necarent: ipſa patrē ſaluauit & dimiſit. Deinde cū argonautę lemnū veniſſent ex Iaſone gemellos peperit. Poſte cum lemniades obſeruato patre vellet eā ſupplicio afficere: fugit. & a pyratis capta lycurgo regi nemeę data eſt. Cuius filiū Ophelte cū nutriret: & argiuis thębas petentibus fontē oſtenderet: puer in herba relictus necatus fuit a ſerpente. Cūq̧ pater pueri eā vellet occidere: a regibus argiuis fuit defenſa.
Hyrcania regio ſcythica iuxta partos abundans parthis: tigribus & pantheris.
Hyrgis fluuius ſcytharum influēs tanaim.
Hirpini populus faliſcorū iuxta montē ſoracte: qui in ſacrificijs ꝑ ignem currebant illeſi.
Hiſmenus: quere ſupra Iſmenus.
Hiſpania eſt europę regio ampla: inter Aphricā & galliā. Eſt aūt duplex hiſpania: ſcʒ citerior & vlterior. Citerior habet ꝓuincias iſtas: galęciā: taraconenſem: carthaginenſem. Vlterior diuidit̃ in bethicā & luſitaniā q̃ nūc portugalia dicitur.
Hiſpalum ciuitas vlterioris hiſpanię: nunc vulgo Sibilia dicit̃.

Homerus grecorũ poetarũ maximus ante dictus Meleſigenes: ſed a cœcitate vocatus eſt Homerus: qđ ionica lingua cœcũ ſcat. De patria eius magna diuerſitas eſt. Nã A. Gelli⁹ hos verſus ponit. Septẽ vrbes certant de ſtirpe inſignis Homeri. Smyrna: rhodus: coloſphon: ſalamin: ios: argos: athenę. Scripſit opera duo: vnum de bello troiano: quod ilias dicit. alterũ de vlyſſe: qđ odyſſea. Quę opa Ariſtarchus grãmatic⁹ in ordinẽ redegit

Homolus mons theſſalię: & corripit mediam ſyllabã.

Horodes rex parthorũ: qui & Marcũ Craſſum occidit.

Horontes dux lyciorũ ad troiã ſummerſus in mare. Itẽ fluuius ſyrię qui oritur inter libanũ & antilibinũ: & tranſit Antiochiam.

Huni gens ſcythica & ferociſſima ꝓpe gothos. Hi tꝑibus Valẽtiniani cęſaris: orbẽ ꝑuagati duce Atila multas & maximas clades fecerũt in gallia & italia. Tandẽ cum vrbi rhomę iminerent: Leo pontifex vir ſanctus Atilã adijt: & in Pannoniã redire ꝑſuaſit. Nunc Hungari vocantur.

IAchus nomẽ bachi: a gręco verbo iacho: qđ eſt vociferor. Ponit & ꝓ vino. Virgil. Inflatũ heſterno venas vt ſemꝑ iacho.

Ianus vetus rex in latio qui ſaturnum accępit ſociũ regni: hic ob prudentiã dicitur bifrons.

Ianiculum fuit olim oppidum a Iano factum. Deinde fuit pars vrbis: & mons in ea.

Iapetus e curta: filius titani: & pater ꝓmethei & epimethei.

Iapis pars venetię circa timanũ fluuiũ

Iapyx filius Dędali: rex calabrię: quę ab ipſo iapygia dicit.

Iaſon filius Aeſonis fratris pelię regis theſſalię. Qui Pelias miſit iaſonẽ in colchon: vt auferret aureum vellus: quod etiã iuuãte Medęa acquiſiuit.

Iberus e ꝓducta eſt fluuius hiſpanię: quę ab illo vocat iberia. Et iberi dicunt hiſpani. Eſt etiã iberia regio põtica prope armeniã: cuius habitatores dicunt iberesq̃.

Icarus filius dędali: qui cũ patre volaſſe dicit ex creta: ſed cũ nimis alte volaret: liquata cęra quibus pẽnę erant cõpoſitę cecidit in mare: quod ab eo vocat icariũ: licet alij ab icaros inſula denominatũ hoc mare dicant.

Icarius filius Oebali regis laconię: pater Penelopes & Erigones. Qui comes Bacchi didicit ab illo vſum vini: qđ cũ dediſſet meſſorib⁹ ſuis: & illi inebriati eſſet: poſtq̃ tandẽ ad ſe reuerſi ſunt: icariũ occiderũt: putantes ꝙ venenũ ſibi dediſſet. Erigone autẽ filia icarij mortẽ patris ita doluit: vt ſe ſuſpenderet.

Ichneumon eſt aĩal magnitudine felis. i. catti: ſpecie muris: qđ mus indicus dicit: et pugnat cũ aſpide: atq̃ crocodilon etiã q̃nq̃ necat dormientẽ.

Iconium vrbs cilicię. Itẽ vrbs phrygię & lycaonię.

Ida eſt mons phrygię circa troiã. Inde Idęus. i. troianus. Etiã ida eſt mõs in creta inſula. Inde idęus. i. cretenſis.

Idalius mõs in cypro. Idalia dr venus

Idomeus rex cretę: q cũ gręcis ad troiã pugnauit. In reditu vero tempeſtate vexa[tus] ꝓmiſit ſi ſoſpes in regnũ rediret: ſe hoc imolaturũ. qđ exeũti ſibi de naue primũ occurreret. Itaq̃ cũ filiũ ſuũ qui primus occurrerat immolaſſet aut (vt alij dicunt) imolare voluiſſet: a cretẽſib⁹ ob crudelitatẽ pulſus: nauigauit in apuliã: & vrbẽ petiliã ꝯdidit ſuꝑ ſalẽtinũ mõtẽ calabrię

Idumęa regio ſyrię inter arabiã et phęniciã

Idume vrbs in idumęa palmis abundans. Lucanus. Et arbuſto palmarũ diues Idume.

Ilia mater romuli & remi: filia Numitoris regis Albani: quẽ Amulius frater regno expulit: & filiã eius iliã fęcit ſacerdotẽ veſtę: q̃ ilia cũ ex marte

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-135531-p0042-3

cõcepiſſet gemellos Remũ & romu
lũ: amulius eã cũ filiis in tybrim ꝓii
ci iuſſit. Filii tñ euaſerunt. Alii dicũt
Iliã fuiſſe viuã defoſſam. Alii ꝟo in
carcere obiiſſe ſcribunt.

Ilione filia Priami maxima natu.

Ilion vel ilios fuit vrbs troiana ab ilo
rege dicta. Vñ Iliacus. i. troianus: &
iliades fœminę troianę: & ilias opus
Homeri de ilio vel troiano bello.

Ilithyia dicit̃ poetis diana: ꝙ parien
tibus aſſiſtere putabat̃. Oui. Prepoſi
tã timidis parientibus ilithyiam.

Illyris vel illyricũ eſt lata regio inter
italiã: germaniã: thraciã & macedo
niã vl' epirũ: habẽs ab vno latere ma
re adriaticũ: ab altero danubiũ. Hęc
regio nũc dr̃ ſclauonia vel boſnẽſis.

Ilerda ciuitas hiſpanię: quã ſicoris flu
uius preterlabitur.

Ilua inſula in thuſco mari: ĩ exhauſtis
chalibũ generoſa metallis: vt ait vir
gilius. Nã (teſte Plinio) metalla ceſa
illic renaſcuntur.

Inarime inſula in ſinu cãpano: habẽs
montẽ qui ignẽ emittit. Vnde aiunt
poetę: ꝙ Typheus gigas ſub illo ſe
pultus ſit. Virgi. Inarime iouis impe
riis impoſta typhęo.

Inachus a curta: prim⁹ rex argiuorũ pa
ter iſidis: ꝗ a noĩe patris dr̃ Inachis.
Itẽ inachus etiã fluuius eſt achaię.

India eſt prima & maxima regio ori
entis abundans auro argento & lapi
dibus precioſis.

Indus maximus fluui⁹ indię q. lx. flu
uios in ſe recipit: torrẽtes aũt vltra cẽ
tũ. In eodẽ ſunt crocodili vt in nilo.

Ino filia Cadmi & Hermionis: vxor
athamãtis regis thebarũ. Que vidẽs
maritũ inſanientẽ & learchũ filiũ oc
cidiſſe: fugiẽs cũ altero filio melicer
ta ſe tandẽ de ſcyroniis ſaxis in mare
ꝓcipitauit cũ filio: & ambo dii maris
effecti ſunt: mutatis noĩbus. Nã ino
dicta eſt leucothea: melicertes aũt pa
lemon. Ouidius. iiii. metamorpho.

Inſubres galli in italiã veniẽtes condi
derunt mediolanũ: & alia circũloca
tenuerunt.

Io filia inachi regis argiuorũ: quã iupi
ter amauit: & ſubito interuẽtu iuno
nis mutauit in vaccã. Iuno tñ ſuſpi
tione non carens orauit iouẽ vt eam
vaccã ſibi daret: quã & argo centũ
oculos habẽti cuſtodiendã tradidit.
Sed cũ mercurius a ioue miſſus argũ
necaſſet irata iuno œſtrũ aĩal bob⁹
infeſtũ miſit: vt io vexaret. Io igitur
ab œſtro ſtimulata huc & illuc cu
currit: & in ęgyptũ veniẽs ĩ priſtinã
formã reſtituta oſyridi regi nupſit et
Iſis vocata: poſt mortẽ dea facta eſt.

Iole filia Euryti regis œchalię: quam
hercules tã ardenter amauit vt ei ſer
uiret ſicut ancilla: & ipſa iubẽte mu
liebri veſte indutus neret.

Iocaſta filia Creontis & vxor Laii re
gis thebani: poſt cuius necẽ ignorãs
nupſit Oedipodi filio ſuo: & ex illo
genuit Polynicẽ & Etheoclẽ filios:
qui cũ in prelio mutuis vulneribus
ſe occidiſſent: ipſa quoq; ſe necauit.

Ionia eſt regio grecorũ in aſia. In qua
ſunt vrbes Epheſus: miletus: priena
& alię. Hic Iones dicunt̃ ipſi habita
tores: et ioniũ mare illi vicinũ regiõi

Iope vrbs maritima paleſtinę & vetu
ſtiſſima: ante diluuiũ cõdita. In ea ſa
xũ eſt: ad qd' andromade filia cephei
ceto expoſita fertur alligata fuiſſe.

Iordanis amœnus fluuius iudeę: qui
oriĩ (vt ait Plinius) e fonte paneade:
& galileã a reliqua iudea ſeparãs: tan
dẽ labit̃ in mare mortuum.

Iphigenia i ꝓducta: agamẽnonis et cli
temneſtrę filia. Cũ eñ greci ad troiã
ꝓfecturi eſſent in aulide: nec ventũ
idoneũ haberẽt: reſponſum eſt a vati
bus id fieri ira dianę: cuius ceruũ rex
Agamẽnon occiderat: placari autem
deũ nõ poſſe: niſi Iphigenia filia eius
ĩmolaret̃. Igit̃ vlyſſes ꝓfectus mycę
nas illã adduxit in aulidẽ: dicens ma
tri ꝙ pater eã dediſſet Achilli. Sed cũ
eſſet virgo occidenda: diana eius mi

ſerta ceruam in eius ſpecie obtulit: & iphigeniā duxit in regionē thauricā: vbi ſacerdos dianę facta eſt. Poſtea oreſtes frater eius ꝑ furiā illuc venit & cū ꝓ cōſuetudine eſſet imolādus: a ſorore cognitus liberatus eſt. Deinde Oreſtes occiſo thoante rege cū ſorore & ſimulacro dianę fugit in italiā ad oppidū Ariciam.

Iphiclus filius alcmenę eodē partu ędi tus cū Hercule: ſed Hercules ex Ioue Iphiclus ex amphitrione conceptus.

Irus quidā mendicus in ithaca: corpe grandi: ſed debili. qui cū alijs domū vlyſſis abſentis exhauriebat: ſʒ vlyſſes reuerſus illū pugno occidit. Ponitur & pro quolibet paupere.

Is vrbs in chaldea: & lacus prope eā bitumen gignens.

Iſara magnus fluuius gallię in finibꝰ allobrogum.

Iſauria eſt regio Aſię ꝓpe ciliciā. qdā vero dicūt eſſe partē cilicię. Vn̄ Florus ait: Iſaurū eſſe arcem cilicię.

Iſaurus fluuius in piceno ꝓpe vrbē piſaurū. Itē vrbs in iſauria vel cilicia.

Iſis filia Inachi: prius Io dicta: regina & dea ęgyptiorū. Vide Io.

Iſſa inſula & vrbs circa dalmaciam.

Iſmenus elōga fluuiꝰ Boetię circa thebas. Vnde Iſmenius. i. thebanus.

Iſmenides foeminę thebanę.

Iſmarus mōs thracię: in quo fuit vrbs noīe iſmara: quę & maronia dicit̄.

Iſmarius. i. thracius.

Iſocrates athenienſis ſophiſta. i. ſapiēs doctor: q multos auditores & diſcipulos habuit tēporibus Ariſtotelis.

Iſter maximus fluuius europę q inter germaniā & hungariā & ſcythiā labit̄ aquilonē verſus: ac tandē ſeptem oſtijs ruit in pontū. dr̄ etiā danubiꝰ.

Iſtria eſt regio inter iſtrū & italiā. Nā ab italia ſeparat̄ adriatico ſinu: & eſt peni inſula circa liburniā. Quidā ponunt partem italię.

Iſthmos dicit̄ anguſta terra inter duo maria: vnde Corinthus vrbs ſita eſt in iſthmo achaico.

Italia regio nobilis & fertiliſſima inter adriaticū mare & thuſcū: itē inter alpes & ſiculū fretum.

Italia in multas diuidit̄ regiones. ſ. Liguriā: ethruriā: vmbriā: flamineam: latiū: aprutiū: campaniā: apuliā: venetiā: picenū: galliā ciſalpinā: q̄ nūc Lombardia dicit̄.

Ithaca eſt inſula ante achaiā ſita: & fuit patria vlyſſis: qui ob id dicit̄ ithacus. Virgi. Hoc ithacus velit: & magno mercent̄ atridę.

Ithyra vrbs in monte tauro parthiam verſus. Vnde Ithyręus. i. parthicus. Itē Ithyrei gens in cęleſyria in montanis habitans.

Itys filius Terei regis thracū cōuerſus in phaſianū auem. Vide Progne.

Iuba rex mauritanię tp̄e magni Pompeij: cuiꝰ partes ſequutus: cū petreio pompeiano victus: a cęſare fugit in regiā: & large epulatus Petreiū orauit cędem.

Iudęa regio maioris aſię: vbi quondā habitauere iudęi: expulſis chananeis alijſqꝫ gentibus. Eſt aūt inter arabiā & phenitiam & ęgyptum & mare cyprium.

Iugurtha rex numidarū callidus: bellicoſus & ꝑfidus: victus tandē a mario cōſule rhomano: & rhomę in carcere necatus. Lege Saluſtium.

Iugula ſidus: quod & Orion dicit̄.

Iulus filius Aeneę: alio noīe aſcanius.

Iuno filia ſaturni et opis: ſoror et vxor Iouis: dea regnorū habita. Dicit̄ etiā a patre ſaturnia.

Iupiter filius ſaturni & opis: rex cretę ſummus deorū habitus. Eſt etiā vnꝰ planetarum: eſt & aer.

Iura eſt mons gallię ſequanos ab heluetijs diuidens.

Iuturna nympha latina: ſoror Turni: a ioue viciata.

Iuuerna inſula oceani inter britaniā & hiſpaniam.

Ixion rex theſſalię q ꝑfidus fuit. Nam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-135531-p0044-4

ſocerū:cui multa promiſerat in foſ/
ſam igneā demiſit. Idē a Ioue in cōui
uiū adhibitus tentauit iunonē de ſtu
pro. Quod ſciens Iupiter obtulit ei ꝑ
iunone nubem: ex qua ille centaurus
genuit. Sed cū gloriaretur ſe cū Iuno
ne coijſſe truſus ad inferos dicit: &
alligatus rotę verſatili & plene ſer/
pentibus. Ouidius. Voluit & ixion
& ſe ſequiturq; fugitq;.

LAbdacus a curta rex the
banus: pater Laij regis: vnde
thebani vocant labdacidę.

Labyrinthus erat edificiū tanta varie
tate viarū: vt quiſquis intraſſet vix
vnq; reperire poſſet exitū. Fuerūt q̄t
tuor labyrinthi. Primus & maxim⁹
in ęgypto. Secūdus in creta: factus a
Dędalo. Tertius in lemno. Quartus
in cluſio vrbe thuſcię: quē ſtruxit por
ſenna rex thuſcię ꝓ ſepulchro ſuo.

Lacedęmon vrbs nobilis laconię: alio
noīe ſparta.

Laconia eſt regio in achaia. Vnde La
con dicit vir ex laconia: & Lacena
mulier ex laconia.

Lacinium eſt italię ꝓmontoriū inter
ioniū & adriaticū mare: in quo erat
templū Iunonis lacinię.

Lacheſis e curta dicit vna parcarum:
a lachenin quod eſt ſortiri. Vide atro
pos & Parcę.

Lacydes cyreneus philoſophus: prin
ceps nouę academię: ſtudioſus a pue
ro ſęuerus & pauper: ſucceſſor fuit
Arceſſilę: & magiſter Carneadis.

Ladon fluuius arcadię lauris circūpo
ſitus.

Laertes ꝑ tres ſyllabas fuit pater vlyſ
ſis: qui inde dicit Laertiades.

Lęander ꝑ æ diphthongū fuit iuuenis
abydenus .i. in Abydo vrbe helleſ/
ponti: qui tranare ſolitus ꝑ helleſpō
tum ad Eron amicam ſuam tandem
ſummerſus fuit.

Lęſtrigones etiam ꝑ æ diphthongon:
erant homines in finibus campanię:
qui humanis carnibus veſcebantur:
apud q̄s Vlyſſes aliquot ſocios amiſ
ſit. Iuuenalis. Fingentē immanes lę/
ſtrigones & cyclopas.

Lagus. Vide infra Ptolomęus.

Lamius mons ionię: ſed melius Lath
mius. Vide infra.

Lamię dicunt mulieres nocturnę quę
infantes noctibus rapiunt & come/
dunt. Horatius. Nec pranſę lamię pu
erū viuū extrahāt aluo. Item eſt quę
dam rhomana familia.

Lampetie filia ſolis ex Neęra: quę cū
Phętuſa ſorore ſua patris armenta pa
ſcebat in ſicilia.

Lampia i ꝓducta fluuius arcadię vel
ciuitas ſm Lactantium.

Lampſacus oppidū helleſponti in aſi
atico latere: vbi Priapus colebat.

Langia i ꝓducta fons in nemęa regio
ne arcadię. ex quo refectus fuit argi/
uus exercitus ad thebas vadens cum
grauiter ſitiuiſſet.

Lapythę vel laphytę y curta: popu/
lus theſſalię apud Othrym montem
continua bella cū centauris gerentes.

Larine fons in Attica.

Lariſſa vrbs theſſalię: a qua Achilles
dicit lariſſęus.

Laodicea vrbs celeſyrię ad montē li/
banum. Alia vrbs aſię clariſſima ad
Lycum fluuiū ſita.

Laomedon rex troię: filius Ili & pater
Priami: qui periurus fuit. Nam apol
lini & Neptuno qui muros troię fe/
cerant promiſſam iuramento pecu/
niam negauit. Quapropter illi filiā
eius Heſionē ceto expoſuerunt: quē
hercules occiſo ceto liberauit: pactus
vt rex equos nobiles ſibi daret in pre
miū. Sed cum Laomedon promiſſa
nō ſolueret: hercules ilium euertit &
regem occidit.

Lara nympha latina: quia furtiuos a/
mores iouis iunoni indicauerat: Iupi
ter ei linguam abſcidit: & ad inferos

duci iuſſit p mercurium: qui ex ea ge
mellos genuit: lares vocatos. Eadem
larunda dicit.

Latium regio italię: in qua eſt rhoma:
& eſt a tyberi ad lyrim fluuiū: Hinc
Latinus & latialis.

Latona filia Cęi titani: mater apolli/
nis & dianę. Vnde apollo dicit lato
us: vel latonius: vel latoides. Et dia
na dicit latonia vel latois idis.

Lathmius mons ionię vel carię: in q̄
dormientē endymionē luna dicitur
oſculata. Ouidius. Lathmius endy/
mion nō eſt tibi luna rubori.

Lateranus erat nobilis rhomanꝰ: quē
Nero iuſſit occidi. Cuius ędes poſtea
facta eſt eccleſia: q̄ lateranēſis dicit.

Lauinū vel lauiniū fuit vrbs in latio
q̄ & laurentiū & laurolauiū dicebat.

Lauinia filia latini regis: ꝓpter quam
Turnus & ęneas bellauerunt: ſed vt
Virgilius ait: ęneas turnū occidit.

Laurētes erāt latini dicti a laurēto vr

Laurentū fuit vrbs in latio: q̄ & (be.
lauinū. Sed lauretū eſt oppidū ī pice
no: vbi celeberrimū tēplū ē diuę ma
rie ſemp virginis: in q̄ dicit eſſe cōcla
ue marię portatū illuc ab angelis.

Learchus filius athamātis & inonis:
quē pater furioſus factus ꝓ ceruo ne

Leda vxor tindari regꝭ laconię (cauit
cū q̄ iupiter in forma cigni dr̄ coiſſe
& illa fabulat duo oua protuliſſe: &
ex vno ouo nati ſunt Pollux & Hele
na īmortales. Ex altero ouo caſtor &
clytemneſtra mortales. Hinc pollux
& caſtor vocant ledei.

Lemannus eſt lacus gallię: nō longe a
rhodano. Nunc vulgo dicit luſane.

Lemnos inſula in ęgeo vna cycladū:
in qua nutritus fuit vulcanus: q &
lemnius dicit. Itē lemniades. i. mulie
res in lemno: cū eſſent viris ſuis odio
ſe: illos a lōgo bello reuerſos: vna no
cte ſiſ occiderūt: pter hyſiphilē q̄ pa/
trē ſuū regē ſeruauit: vt ante dictū ē.

Leneus. i. Bacchus: a lenos qđ eſt tor/
cular aut lacus.

Leonides rex ſpartę: qui parua ſuorū
manu Xerxem regē euntē in gręciā
diu tenuit: & tādē cū ſuis fortiſſime
pugnans occubuit. Iuſtinus li. ij. Itē
alius fuit pedagogus Alexandri.

Lerna eſt locus achaię circa argos: &
palus in qua fuit hydra multis capi/
tibus: quorū aliqua quotiens hercu
les amputaſſet: mox renaſcebant plu
ra. Sed tandē congeſta lignorū ſtrue
exuſſit. Virgil. Lerneus turba capitū
circūſtetit anguis.

Leſbos inſula circa troadem: habēs vr
bē mytilenē patriā Alcei & ſapphus
poetarum lyricorum.

Lethe fluuius inferorū: & interpretat
obliuio. Inde Letheus. Etiā eſt fluui
us in aphrica.

Leucas inſula circa epirum & vrbs in
ea caput acarnanię.

Leubates promontoriū epiri ꝓpe am
braciā vrbē. Virgilius. Mox & leu/
cate nimboſa cacumina montis.

Leucothea. i alba dea: ſic dicta eſt Ino
vxor athamantis: poſtq̄ ſummerſa
facta eſt marina dea.

Leucothe filia orcami babiloniȷ: quā
a phœbo grauidatā pater crudeliter
defodit viuā. Sed phœbus eam mu/
tauit in arborē thuream: vt ait Oui/
dius. iiiȷ. metamorphoſeos.

Lentre oppidū boetię.

Leutra oppidum laconię.

Libanus mons phœnitię: vel inter ſy
riam & phoeniciam.

Libethrides ſunt muſę: dictę ſic vel a
libethra fōte magneſię: vel a libethro
ſpelunca aonię prope parnaſſum.

Liber Bacchus: q liberat a curis. Hic
liberalia i. bacchanalia.

Libya regio aphricę ęgypto cōtermi/
na: dicta a libya coniuge epaphi filiȷ
iouis. Ponit etiā ꝓ tota aphrica. Etiā
dicit libye: huius libyes.

Liburnia regio inter illyricum & dal
matiā: nunc vulgo nominat croatia
& poteſt eſſe pars ſclauonię. Hinc
Liburni dicunt habitatores liburnię.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-135531-p0046-5

Lycambes vir thebanus: de quo vidē
Archilochus.

Lycia regio minoris aſię inter pãphy
liã & cariã. In q̃ ſunt patera & myr/
rea vrbes inſignes: illa ortu: hęc epi/
ſcopatu diui nicolei. Olim habuit ly
cia vrbes. lxx. Item lycij dicunt inco
lę lycię.

Lycaon a ꝑducta rex arcadię pater ca
listonis: q̃ ſolitus necare hoſpites: a
Ioue cui idē facere tentabat: eſt muta/
tus in lupū. Ouidi⁹. i. metamorpho.

Licaonia regio minoris aſię iuxta cili
ciam.

Lycęus ꝑ dyphthongon mons arca/
dię: in quo fuit templū panos vł fau
ni vel iouis lycęi. Ouidi⁹. Faunus in
arcadia templa lycęus habet.

Lycaſtus vrbs cretę: dicta a luporum
copia.

Lyctus oppidum cretę. Inde Lyctius
id eſt cretenſis.

Lycopolis vrbs ęgypti: dicta ſic a lu
pis qui hoſtes fugaſſe dicunt. Nã ly
cus gręce lupus dicit.

Lycus theban⁹ exul: q̃ abſente hercu/
le reuerſus creontē regē occidit & re/
gnū tenuit. Alius rex thebanus mari
tus antiopę: de q̃ ſuperius ĩ Antiopa
& Dirce. Itē Lycus eſt fluuius aſię.

Lycophron calcedenſis tragediarū ſcri
ptor. Itē filius Periandri tyranni: qui
patri eo ꝙ matrē occiderat nunq̃ re/
conciliari potuit: neq̃ poſt hęc patrē
videre voluit.

Lycurgus lacedemonius princeps: &
legū lator. Alius fuit rex thracię qui
bacchū cõtemnēs cū vites amputare
vellet ſibi crura amputauit. Ali⁹ itē
fuit lycurg⁹ rex nemeę pater ophelt[?]

Lydia regio in aſia minori inter cariã
& phrygiam.

Lyęus. i. bacchus: a gręco verbo lyō:
quod eſt ſoluo. quia mētes hominū
& membra ſoluit.

Ligeris fluuius gallię celticę circa bi/
turiges & aquitanos.

Liguria prima regio italię ab apenni/
no ad mare thuſcū. Itē a flumine va
ro ad macrã flumen. In qua ſunt vr/
bes Genua: ſauona: naulū: albigena.

Lilybęū promontoriū Sicilię verſus
Libyam: & vrbs ibidem.

Lyndus vrbs in inſula rhodo: vbi ſo/
lis maledictis herculi ſacrificabatur.
Vnde ſacrificare herculi lyndio vel
rhodio eſt maledicere.

Lynceus qui[...] vir mirę acūitatis in
videndo. Horatius. Nō poſſis oculo
quantū contendere lynceus &c̄.

Lingones populus gallię in ꝓuincia
lugdunenſi. Lucan. Pugnaces pictis
cohibebant ligones armis.

Linternū vicus campanię: vbi Scipio
aphricanus iuuidię cedens obijt ac ſe
pultus fuit.

Linus fili⁹ mercurij: vel (vt vult Vir
gilius) apollinis & vranię muſę: the
banus poeta antiquiſſimus.

Linx rex ſcythię qui triptolemū a cere
miſſum vt frumēti vſum hoībus de
monſtraret occidere tentauit: vt in/
uenti frumenti gloriã in ſe transferret
Sed a Cerere mutatus fuit in beſtiam
varij coloris.

Liris fluuius in italia prope Mintur/
nas oppidum.

Lipare a curta: inſula vna ex ęolijs in
ſiculo freto.

Lyſippus ſculptor nobilis. Martialis.
Nobile lyſippi mun⁹ opuſq̃ vides.

Lyſander lacedemonius dux clarus q̃
athenienſes pręlio ſuperauit: tandem
occiſus a thebanis.

Liſus fluuius thracię: epotus ab exerci
tu Xerxis: vt ſcripſit Herodotus.

Lixos vrbs mauritanię regia quondã
Anthei gigantis: vbi etiã fuiſſe legun
tur horti heſperidum.

Locri populus gręcię in licrode regio
ne iuxta boetiam. Item populus &
vrbs brutiorū ſup lucrino monte in
finibus italię contra ſiciliam.

Lothophagi populus aphricę: dictus
ꝙ lotho veſcat. Nã lothos eſt arbor
habēs poma dulciſſima: ſ; inſalubria

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-135531-p0047-0

queę arbor abundat apud lothophā-
gos. Ad quos cū veniſſet vlyſſes ſo
cios ſuos vix potuit abducere.

Luca vetus vrbs thuſcię vel ethrurię
Inde lucenſis.

Lucania regio italię inter apuliā & ca
labriā: vel inter campaniā & brutiū
Inde Lucanus.

Luceria vrbs Apulię.

Luceres erant milites rhomuli: vel ter
tia pars populi rhomani tpe romuli
regis: dicti a Lucerio principe.

Lucetia eſt regia vrbs gallię: ſcꝫ pariſi
us ſm aliquos: alij ſcribunt lutetia.

Lucina dea partus quaſi lucē dās: &
diana.

Lucretia nobilis rhomana vxor Col-
latini: quā Aruns regis Tarquini fi-
lius p vim ſtuprauit. Quod ipſa cū
patri & viro indicaſſet: cultro ſe oc-
cidit: & cauſam dedit vt rex cū ple
expelleret: & vrbs libera fieret.

Lucrinus lacus campanię: ſic dictus a
lucro propter copiam piſcium.

Lugdunū vrbs gallię: a Planto roma
no .. conſule cōdita in colle: vbi arar
rhodano miſcet: gallice dicit leuns.

Luna fuit oppidū ethrurię ad mare li
guſticū: adhuc habēs portū egregiū.

Lupercal erat locus rhomę & ſpecus
ſub monte palatino: vbi colebat fau
nus vł Pan lyceus cōtra lupos. Hinc
lupercalia quędā feſta aut ludi: & lu
perci qui lupercalia agebant: qui cur
rebant nudi & caprina pelle mulie-
res percutiebant: quod putabant con
ferre foecunditatē. Iuuenalis. Nec pro
deſt agili palmas prebere luperco.

Luſitania eſt regio & pars vlterioris
hiſpanię: nūc portugalia appellata.

MAchaon media produ
cta: filius Aeſculapij: clarus
medicus: ſicut & frater eius
Podalirius.

Machareus filius Aeoli: qui canacen
ſororē ſuam impregnauit. Vide ſupe
rius Canace.

Macedonia regio grecię inter thraciā
& theſſaliā. Vnde macedo e curta. i.
habitator macedonię.

Macra fluuius liguriam ſeparans ab
ethruria.

Męander fluuius aſię vel phrygię: cre
bris flexibus ita cūruatus: vt in ſe re-
uerti credat. Ouidius. Quiqꝫ recurua
tis ludit męander in vndis.

Męnalus mons altiſſimus in arcadia
ſiluoſus.

Męnes adis. mulier inſana & Batchi
ſacerdos. i. ebrioſa.

Męotis o lōga magna palus ſcytharū
ex fluuio tanai orta: & in pōtū exiēs

Męnia regio minoris aſię. Alio nomi
ne Lydia.

Męnides homerus: dicit a męone rege
qui eū educauerat: vel a regione mę-
onia: vnde & męonius dicitur.

Magneſia regio grecię annexa theſſa-
lię: cuius populi dicunt magneſij vel
magnetes. Eſt etiā magneſia vrbs in
ionia.

Maia filia Atlātis ex Pleione nympha
mater Mercurij.

Malea promontoriū grecię in laconia
vbi vnda ſęuiſſima ē & piculoſa na
uigatio. Et inuenit media nūc longa
nunc breuis. Virgi. Ionioqꝫ mari ma
leęqꝫ ſequacibus vndis. Statius. Deſti
net & raucę circumſonat ira maleę.
Nomen aūt ſumpſit a maleo rege ar
giuorū: qui ſuper hoc fecit Apollinis
templū: quod maleoticum dicit.

Mallos oppidū cilicię. Vnde mallota
gentile nomen.

Maliacū mare quod eſt circa theſſaliā
dictū a malea vrbe.

Mamertini populus campanię. Et ali
us item in ſicilia.

Manichei heretici ponētes duo princi
pia vel duos deos: vnū bonū: alterū
malū. Itē dicebant chriſtū nō habuiſ
ſe verū corpus vt cęteri homines.

Mantua vrbs venetię vel gallię itali-
cę. i. lombardię prope alpes: quā con
didit Ocnus filius mantus: & a no-

mine ſuę matris appellauit: hęc fuit patria Virgilij poetę.
Manto filius Tyreſię vatis thebani: quē coecum ducebat: & patre mortuo in italiam venit: & ex Tiberino rege thuſcię genuit ocnum: qui mantuam condidit.
Merathon oppidum in attica diſtans ab athenis circiter decē milia paſſuū circa quod Theſeus taurū terribilē occidit: & Milciades perſas vicit: vt infra ſcribemus.
Marcomani a curta: populus germanię interioris: rhenum bellandi cauſa tranſgreſſus. Stati9. Quę modo marcomanos poſt horrida bella vagoſq; Sauromatas.
Mareotis regio libyę ęgypto vicina: vnde mareoticus a um.
Marica fuit nympha quędam marina & quidam credunt fuiſſe venerē marinam.
Marmaridę ſunt populus aphricę in mareotide regione. Vnde & marmaricus pro libycus accipit.
Marpeſus eſt mons lapideus in paro inſula. Inde marpeſius .i. marmoreus
Marſya vir phrygius: qui cantu tybię cū Phoebo certauit. Sed a phoebo victus pro poena fuit excoriatus: & mutatus in fluuiū. Ouidius. vi. metamor. Iuuenalis. Occurris frōte obducta ceu marſia victus.
Marchion hereticus ponens duo principia: ſcilicet bonū & malum.
Marſi populus italię inter pelignos & ſamnites: qui cōtra ſerpētes naturalē vim habuiſſe dicunt.
Mars deus belli: filius iouis & iunonis: vel (vt alij volunt) iunonis tm̄. Nā (vt fabulat Ouidius) Flora dea iunoni petenti florem oſtendit: cuius tactu concepit: & Martem peperit. Hinc martius .i. pertinens ad martē vel bellicoſus.
Maſſagetę populus ſcythicus. Lucanus. Maſſagetes quo fugit equo volucreſq; geloni.
Maſaniſſa rex numidarum in aphrica amicus populi rhomani.
Maſſilia vrbs Gallię narbonenſis ad mare a phocenſibus condita: vbi beatę Marię magdalenę corpus habet.
Maſſile populus aphricę prope mauritaniam.
Maſſicus mons campanię proferens egregia vina.
Matrona eſt fluuius gallię: ortus in finibus lingonum: & celtas a belgis ſeparans.
Matuta eſt primę lucis dea: ſc3 aurora Inde Matutinus.
Matinus mons in Apulia.
Matini populus ibidem.
Mauors: id eſt mars deus belli. Ouidius. Sic ego ſic poſita dixit mihi caſſi de mauors.
Mauri populus aphricę niger in mauritania. a mauron: quod & gręce ſignificat nigrum: quia nigri ſunt.
Mauritania eſt regio maurorum in fine aphricę: hiſpaniam vel gaditanū fretum verſus. Nam a bethica ſeparantur gaditano freto.
Mauſolus rex Carię: cui mortuo Artemiſia vxor fecit ſumptuoſiſſimū ſepulchrum: quod dicit mauſolęum Et inter ſeptem orbis miracula numeratur.
Medęa filia Oetę regis colchorum ex Hypſęa coniuge. Quę iaſonē ex theſſalia cum argonautis profectū amauit: & cū iuraſſet ille: q̄ eam nunq̄ relinqueret: adiumēto fuit vt vellus aureū adquireret: & draconē occideret. Cū igit cū iaſone clā abiret: & pater eā pſequeret vt illum retardaret: fratrē ſuum paruulū nomine ęgyaleum vel abſyrtum quē ſecum habebat occidit: & ei9 corpus mēbratim diſcerpit &c̄. Cūq; iā multis annis cū iaſone vixiſſet ī grecia: & aliq̄t filios ex illo habuiſſet: Iaſon eā repudiauit et glaucā creōtis regis filiā duxit

Medęa vero repudiata filios Iaſonis occidit: & regiã incendens glaucã & creontẽ exuſſit. Sed Diaſon ſeipſum interfecit. Poſtea medęa facta ẽ vxor Aegei regis athenięſis. Deinde in aſiã refugit: vbi ex rege Medũ filiũ ſuſcepit: a q̃ media ꝓuincia appellata eſt. Fuit aũt medęa venefica & incantatrix pręcipua: vnde dicit̃ Eſonẽ iaſonis patrẽ ex ſene iuuenem feciſſe ſuis herbis & carminibus. Vocat̃ etiã Aeetias a nõie patris: & Colchis a regione patria.

Media regio maioris aſię aſſyrię & ꝑſidi adiacens. Inde medus. i. aliqs ex media: & medicus e producta.

Mediolanũ vrbs metropolis inſubriũ gallorũ in italia trans padũ: nõ procul ab alpibus.

Meduſa u producta filia Phorci vna gorgonũ: quę a neptuno in tẽplo palladis ſtuprata fuit. Quare Pallas irata capillos eius mutauit in angues: fecit etiã vt oẽs eã inſpicientes mutarent in lapides: quod ꝓpter eius ſummã pulchritudinẽ factũ eſt. Poſtea Perſeus iouis & danaes filiꝰ acceptis a mercurio talaribꝰ. i. alis & enſe falcato: itẽ a Pallade ſcuto accepto Meduſam dormientẽ decollauit: & illo capite hoſtibus oſtenſo illos in ſaxa mutauit. Poſtea Pallas hoc caput impoſuit ęgidi. i. ſcuto ſuo.

Megęra eſt vna de tribꝰ furijs infernalibus Claudianꝰ, Improbã mox ſurgit triſti de ſede megęra.

Megara filia Creontis & vxor herculꝭ quã ille furens occidit.

Megaris pars atticę: i qua eſt vrbs megara. Itẽ Megaris eſt etiã vrbs ſicilię & corripit̨ a.

Melas fluuius in aſia: & alius in thracia: alius itẽ in boetia a parnaſo fluẽs & palladi ſacratus: quoniam oliuis oblitus eſt.

Melampus amithaonis filiꝰ: argiuus vates & medicus.

Meleager a ꝓducta: filius oenei regis ętolię. Cũ autẽ grandis aper ętoliam deuaſtaret: meleager ad illũ occidendũ cõuocauit proceres: inter q̊s fuit Atlanta virgo quę aprũ prima vulnerauit. Meleager aũt eius amore captus cũ aprũ ipſe occidiſſet: illi caput apri dedit. Qđ ęgre ferẽtes duo auunculi meleagri caput virgini volebãt auferre: ſ3 meleager illos occidit. Tũc Althęa ſoror occiſorũ & mater meleagri vt neces fratrũ vindicaret fatalẽ ſtipitẽ igni imponens meleagrũ pariter exuſſit. Nam meleagro recẽs nato Althęa mater eius parcas vidit ſtipitem igni imponere & dicere: O puer tãdiu viues: q̃diu hic ſtipes. Althęa ergo parcis abeuntibus mox ſtipitẽ igni extraxit: & diligenter cuſtodiuit Iam vero erga fratres pia: ſed erga filiũ impia: illũ ſtipitẽ rurſus igni impoſuit. Quo cõbuſto Meleager etiã cõbuſtus fuit. Ouidi. viij. metamor.

Melicerta vel melicertes deus quidam marinus: alio nomine Palemon. Vide ſuperius Ino.

Meleſigenes eſt ꝓpriũ nomẽ Homeri poetę: ſumptũ a melete fluuio: prope quẽ natus eſt. Nam homerus poſtea cognominatus fuit a coecitate ſua: vt ante ſcripſimus.

Meliſſus vetus rex cretenſium: cuius filię iouẽ infantẽ pauerunt: Alius eo nomine fuit philoſophus ſamius: auditor Parmenidis.

Melite inſula inter aphricam & ſiciliã melle abundans.

Melpomene penultima curta eſt vna muſarũ: dicta a gręco verbo melpome: quod eſt canto: vel a melodia.

Memphis nobilis & regalis vrbs in ęgypto ad nilum ſita. Inde Memphiticus & memphitis adiectiua.

Memnon filius tithoni & aurorę: qui troianis ex oriẽte ferẽs auxilia: & fortiter pugnãs: ab Achille occiſus fuit Ad cuius ſepulchrũ quod eſt prope ilium quotannis ex ęthiopia volant aues: quas vocant memnonias.

Menalippus thebanus qui tydeum occidit: & ab illo occiſus & laceratus. Vide infra Tydeus.

Mendes vrbs in egypto: vnde mendeſium oſtium vnũ nili & oppidum.

Menalippe regina amazonũ ab Hercule capta.

Menalus: vide ſupra Mænalus.

Menapij populus iuxta rhenũ fluuiũ: olim inter gallos belgas: nunc inter germanos computatus: & vulgo iuliacenſes appellant.

Menelaus filius Atrei: frater agamemnonis: rex ſpartę ciuitatis: & marit⁹ Helenę: quã rapuit ei Paris.

Menedemus erethrienſis ſophiſta: auditor Platonis: tēpibus Socratis.

Meneciades patroclus filius Menoetij amicus Oreſtis.

Menoeceus ꝑ tris ſyllabas: nobilis thebanus filius creontis: qui poſtea rex fuit. Argiuis aũt thebas valide oppugnantibus tyreſias vates ait: vrbē expugnandã: niſi aliquis de ꝓgenie illorũ qui nati fuerãt de dentibus ſerpentis occiſi ꝑ Cadmũ morti ſe traderet. Itaq; Menoeceus ſupꝑ murum ſtans enſe ſuo ſe transfixit: & in hoſtes ſe dimiſit. Et mox illo viſo hoſtes abierunt. Ita narrat Statius thebaidos libro decimo.

Meander gręcus poeta comicus.

Mentor celator paterarũ egregius.

Meonia & Meonides. Quęre ſupra Mæonia.

Mercurius filius Iouis & Maię filię atlantis. Hic dicit deus eloquentię: & interpres aut nuncius deorũ. Cicero enumerat quinq; mercurios: ſed parum refert.

Meroe inſula nili apud ęthiopes: in q̃ foemina ſolebat imperare. Item ſunt ibi foeminę mammoſę.i. grandibus mãmis. Iuuenal. Quis tumidũ guttur miraẗ in alpibus: aut quis In meroe craſſo maiorē infante mãmillã?

Meſana vrbs ſicilię ꝓpinqua peloro: colonia ciuiũ romanorũ: cuius habitatores vocant mamertini: q̃a a mamertinis cãpanię populo venerunt.

Meſſenia regio in achaia: habēs montes. xviij. In qua regione eſt ciuitas meſſene.

Meſopotamia regio orientalis inter tigrim & euphraten fluuios ſita. Vñ & nomē habet. Nã meſos gręce medius latine: potamos vero fluui⁹ dicit. Igit hęc regio habet ab oriente tigrim: ab occidente eufratē: a meridie babyloniã: ab aquilone caucaſum.

Metaurus fluuius vmbrię: ꝑterfluēs vrbē fanũ: circa quē. M. Liuius & Claudius Nero profligauerunt Haſdrubalē fratrē Hannibalis.

Metapontum vrbs italię in ſinu tarentino.

Metymna vrbs in inſula Leſbo: vbi bonum naſcitur vinum.

Metius ſuffetius dux alban⁹ tp̃e tulli regis romanorũ: a quo rege vocatus ad bellũ Metius cõtra fidenates: venit quidem: ſed prelio abſtinuit ſuos Tullus vero hoſtibus ſuperatis metium equis in diuerſa nitentibus alligatum diſcerpi foecit.

Mycenę mycenarũ vrbs achaię a Perſeo condita ꝓpe argos: quę q̃nq; habuit imperiũ achaię: tãdē ab argiuis euerſa. Horatius. Aptu dicet equis argos diteſq; mycenas.

Micypſa rex numidarũ filius maſiniſſę regis: de quo Saluſtius in iugurtino. Fuit eñ iugurthę patruus.

Micone o curta: inſula ꝓpe delum: & vna cycladum.

Mydas Gordij filius rex phrygię ditiſſimus. De hoc fabulant: q Bacchus ei dederit optionē petēdi a ſe quicq̃d vellet. Ipſe aũt petijt: vt quicquid tãgeret aurũ fieret. Annuente Baccho: mydas vt rem experireẗ attigit ligna lapides & poma: & mox oĩa erant aurea. Sed cũ cibus & potus a ſe contacti aurũ fierent: tunc tandē ſenſit ſe ſtulte petijſſe: & poenitens Bacchũ orauit: vt hoc munus auferret. Cui

Bacchus iuſſit vt in pactolo flumine
ſe lauaret. & ſic liberaret. Vñ tūc au/
rū eſſe cœpit in pactolo. Poſtea cum
Phœbus & Pan carmine certarent:
& tmolos mons iudex electus ꝑ phę
bo ſententiā tuliſſet: Mydas qui etiā
aderat ingenij ſtoliditate Pan ꝑtulit.
Quare indignatus phębus aures aſi
ninas mydę fecit: quas mydas ſic oc
cultauit vt nemo ſciret ꝑter tonſorē.
Tonſor aūt tam nouā rem neq; tace
re potens: neq; ꝓloqui auſus: foſſā m
fęcit in qua clamauit hęc verba: Au
res aſininas habet rex Mydas. Dein
de foſſam terra redoperuit. Succeſſu
q; tꝑis creuerūt illic arundines: q̄ cō
motę vocē quā tonſor infoderat red
diderūt. Hęc oīa Ouidius libro. xi.
metamorphoſeos.

Migdonia regio litoralis macedonię.

Milciades dux clarus athenienſiū: qui
cū vndecim milibus ſuoꝝ ꝓfligauit
ſexcetita milia perſarū in cāpis mara
thonijs. Poſtea tñ dānatus pecula/
tus in carcerē cōiectus obijt. Neq; ſe
pꝫliri permiſſus eſt anteq; filius eius
vincula patris aſſumpſit.

Miletus e longa vrbs metropolis in io
nia aut aſia. Alia eſt in creta. Alia eſt
in leſbo. Inde mileteus.

Miletū oppidū in attica iuxta boetiā.

Milo crotoniata. i. ex vrbe croton for
tiſſimus vir qui viuū bouē ꝑ ſtadiū
portabat humeris: eundēq; manu oc
cidit. Alius fuit rhomanus qui Clo
dium occidit.

Mimolones o curta: vł mimalonides
dicunt̄ fœminę bacchantes. i. Bacchi
ſacra pagētes: a mima monte Aſię.

Mintius fluuius italię: qui ex benaco
fluuio ortus: vrbē Mantuā circūit:
deinde fluit in padum.

Minerua. i. Pallas filia iouis: ex cuius
cerebro nata dicit̄: eſt dea ſapientię &
artiū & bellorū. Ponit̄ & ꝓ natura:
pro ingenio & pro arte.

Minię arum. populus theſſalię qui cū
Iaſone nauigauerunt in colchos. Lu
canus. Minię gens cognita remis.

Minos filius Iouis & europę: rex cre/
tenſium: quibus & leges ſcripſit. Hic
fingit̄ a poetis eſſe iudex apd' inferos
ſicut & frater eius Rhadamantus.

Minois idis. i. filia minois: ſcʒ Ariad/
ne: de qua ſupra diximus.

Minotaurus (vt poetę volūt) erat mō
ſtrū natū ex Paſiphae vxore minois
habens formā partim hominis: par/
tim tauri: quod paſiphae concepit ex
tauro: vnde vocatū eſt minotaurus
Quod incluſum labyrintho carnibꝰ
humanis veſcebatur. Coegit etiam
minos athenienſes: qui Androgeum
filiū ſuū occiderant: vt quotannis in
cretā mitterent ſeptē filios & ſeptem
filias minotauro comedendos. Ter/
tio aūt anno theſeus forte miſſus mi
notaurum occidit: & auxilio Ariad
nes filię minois labyrintho egreſſus
euaſit.

Minturne oppidum campanię.

Myrmidones populi Aeginę inſulę:
quos fabulant̄ ex formicis ortos: nā
myrmix grece fomica dicit̄. Reuera
tamē ita vocant̄: quia ſunt laborioſi
vt formicę.

Miron ſtatuarius inſignis.

Myrrha filia Cynarę regis: quę nefan
do ſui patris amore capta nutricis au
xilio cum illo ignorante q; filia ſua
eſſet concubuit. Poſtq; vero pater fi
liam ſuam eſſe reſciuit: eam gladio
voluit occidere. Sed myrrha fugiens
per arabiam mutata fertur in arborē
ſui nominis. Genuit quoq; filiū no/
mine Adonidē: de quo ſuperius.

Myrtilus auriga œnomai regis: de q̄
ſupra Hippodamia.

Myrtoum mare eſt pars maris ęgei a
myrtilo denominatum.

Myſia prouincia helleſponti vel pars
thracię verſus orientem: ſcilicet a tri
ballis vſq; ad euxinū: quę hodie vo
catur bulgaria. Quidā ſcribunt mœ
ſia: ſed melius putat̄ myſia.

Miſenus e. longa promontoriū italię

in campania: dictū a miſeno troiano tubicine: qui primū hectoris: deinde Aeneę comes fuit. Sed cū in italiam veniſſet Aeneas: miſenus tritonē marinum deum & tubicinē prouocauit ad certamen. Triton autē indignatꝰ illū ſubmerſit: vt Virgiliꝰ ait in. vi. Et ſepultus eſt in mōte qui ab eo miſenus appellatur.

Mithridates a lōga maximus rex ponti: qui ſexaginta ſex annis bellauit cū rhomanis: nam ſępe victus ſemp rebellauit. Tandem cum a filio quoq; perſequeret: ſeipſum occidit. Alius rex parthorum.

Mitylene penultima producta: oppidum in inſula leſbo.

Mnemoſyne mater nouē muſarū: & interpretat memoria.

Moabitę ſunt quidā arabes: appellati ſic a Moab filio Loth.

Molorchus fuit paſtor in nemęa ſilua qui rogauit Herculē vt occideret ibi leonem.

Momemphis vrbs in ęgypto.

Monacris mons arcadię.

Monychus propriū nomen centauri: qui in bello contra lapythas arboribus vtebat pro telis. Iuuena. Quantas iaculetur monychus ornos. Et interpretatur ſolus vnguis vel ſolidas vngulas habens.

Monœcus arx & portus lygurię: vbi templum Herculis fuit.

Moloſſa pars epiri: & pro toto epiro ponit. Inde moloſſus. i. epiroticus: et Moloſſi ſunt magni canes.

Mœſia ciuitas helleſponti: & regio circa pannoniā & macedoniā: quę & myſia dicit. Vide ſuperius.

Morini i curta populus Gallię belgicę ad oceanum contra angliam. Virgilius. Extremiq; hominū morini. Horū vrbs gallice terrana dicit.

Morpheus filius aut miniſter ſomni dei: qui morpheus inducit dormientibus varias formas & apparitiones Ouidiꝰ. xi. metamor. Excitat artificē ſimulatoremq; figurę Morphea &c.

Mulciber vulcanus deus: ignis ſic dictus q mollit ferrum.

Munda vrbs hiſpanię bethicę: vbi cęſar pugnauit cōtra filios Pompeij.

Murrhanus fuit priſcus latinorū rex a quo deinde alij reges latini oēs dicti ſunt murrhani: ſicut albani reges dicti ſunt ſiluij: ęgyptij Ptolomei.

Muſę ſunt nouem filię iouis & mnemoſinę. i. memorię: q poetis & muſicis pręſunt & cunctis bonis artibꝰ. Nam muſa gręce latine cantū ſignificat. Muſarum nomina ſunt: Clio: Euterpe: Thalia: Melpomene: Terpſichore: Erato: Polymnia: Calliope vł calliopeia: & Vrania. De his ſingulatim vide ſuis locis. Dicunt aūt habitare in helicone mōte boetię: vnde vocant heliconides. Habent & alia multa noīa: quę ſuis locis inuenies.

Muſęus vetuſtiſſimus poeta gręcus: temporibus Orphei: filius apollinis: vel (vt alij dicunt) Eumolphi.

Mutina i curta vrbs italię in flaminia

Mutius nobilis rhomanus priſcis temporibus: qui Porſenna rege Rhomā obſidente ſolus iuit in caſtra regis vt illum occideret. Sed cum regem non cognoſceret & alium pro rege necaſſet: comprehenſus & coniuratos prodere iuſſus: manū ſuam diu in igne tenuit: vt oſtenderet nulla pœna ſe vinci poſſe. Rex aūt admiratus eius fortitudinem eum liberum dimiſit. Tunc Mutius pro gratia regi dixit: vt ſibi caueret: quia trecenti romani coniuraſſent ita facere ſicut ipſe fecerat. Quapropter rex pacificatus eſt cū romanis. Fuit aliꝰ Mutius poſtea clarus iureconſultus.

NAbathea eſt regio orientalis: inter Arabiam & Indiā ſita. Sic dicta a Nabath filio



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-135531-p0053-4

hiſmahel. Poniť etiā adiectiue. Oui.
Eurus ad aurorā nabathęaq; regna
receſſit.
Naiades a curta: dicunť nymphę fon/
tiū vel fluminū. In ſingulari dicitur
naias ꝑ duas vel tres ſyllabas.
Nais nomen nymphę aquaticę: a nao
quod eſt fluo.
Napeę ſunt nymphę ſyluarū: nā nape
ſylua diciť. Virgilius. Faciles venera
re napęas.
Narbo clara ciuitas gallię ad oſtiū rho
dani: a qua denoīata eſt gallia narbo
nenſis: q̄ & brachata diciť & vulgo
gothia: vel (vt alij putāt) delphinatꝰ
Naritia vrbs locridis in gręcia: etiam
vrbs calabrię: q̄ & locri diciť: ſcʒ a lo
crenſibus illic cōdita. Virgiľ. Hic &
naritij poſuerūt męnia locri. Quidā
etiā ſcribūt naritiā eſſe inſulā ī ionio
Sed verius illa diciť neritos: vñ vlyſ
ſes Neritius nō naritius appellať.
Nar fluuius vmbrię: qui narinā vrbē
perfluit.
Narciſſus filius Cephiſi fluminis &
Lyriopes nymphę: qui iuuenis pul/
cherrimus & venator cum a multis
nymphis & pręcipue ab echo nym/
pha amareť: oēs tñ ſuꝑbe cōtemneret
tandē ſuaipſius forma captus eſt. nā
cū formam ſuam in fonte vidiſſet ac
nymphā eſſe putaſſet: cum ea potiri
nō poſſet: nimio deſiderio cōtabuit:
mutatus in florē purpureū. Ouidius
metamor. iij.
Naſamones ppľs ferus & crudelis in
africa ꝑpe ſyrtes: de ſpolijs naufrago
rū viuēs. In ſingulari diciť naſamon
media curta: & in obliq̄s o ꝓduciť.
Naſica i longa fuit agnomen cuiuſdā
Scipionis nobilis rhomani: qui grac
chum ſeditioſum virū occidit.
Nauſica i longa filia alcioni regis phę
acum.
Naucratis oppidum ęgypti.
Nauplus pater Palamedis. Vide Ca/
phareus.
Naxos iuſula in ęgęo: vna cycladū vi
ni ferax: quę & dia diciť & ſtrongile
Neapolis inſignis vrbs campanię ad
mare ſita: q̄ & parthenope diciť.
Necropolis oppidū ęgypti diſtans ab
alexādria. xxx. ſtadijs: vbi cleopatra
anguibus admotis vberibus ſe extin
xit: ne in triūphū ducereť ab auguſto
Neleus filius neptuni & pater neſtorꝭ
q̄ neleus vrbē pylon cōdidit in laco
nia: & .xij. filios genuit: q̄s oēs ꝑter
neſtorē hercules occidit et vrbē euer (tit.
Nemea e curta regio arcadię in/
ter clenē & clytoriū vrbes. In cuius
regionis ſylua hercules leonē occidit
& illius pelle induebať. Hinc adiecti
uum Nemęus: quod e ꝓducit: nam
diphthongus eſt.
Nemeſis e curta: dea indignationis: q̄
de fœlicitate ſuperbientes vlciſciť. In
terpretať em̄ indignatio. Eadē rham
nuſia vocatur.
Neoptolemus filius Achillis ex Dei/
damia: alio noīe Pyrrhus.
Neoptolemus interpťať nouus miles.
Nephele mater Phryxi & helles: q̄ ob
id nepheleidas diciť.
Neptunus filius Saturni ex Ope: habi
tus deus maris. Nā ſaturnus tris fili/
os habuit: Ionē: neptunū: plutonē: q̄
regiones ita diuiſerūt: vt Iupiter ha/
beret loca ſuperiora: pluto inferiora:
neptunus marina vel inſulas. Vnde
finxerunt poetę iouem eſſe deum ſu/
perorū: Plutonē inferorū: Neptunū
vero aquarum.
Neritos mōs in inſula ithaca: & ꝓ ipſa
inſula ſępe poniť. Virgili. Et neritos
ardua ſaxa. Hinc Vlyſſes huius inſu
lę rex vocať neritius.
Neſſus fuit centaurus: quem hercules
occidit. De hoc vide ſuperius Deia/
nira. Inde Neſſeus a um.
Nereus oceani & tethyos filius mari/
nus deus: & poniť pro mari.
Nereides filię nerei. ſ. nymphę marinę
Neſtor filius nelei rex pyli: qui cū qn/
quaginta nauibꝰ ad troiā venit cum
gręcis: cū eſſet natus annos amplius

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-135531-p0054-9

ducentos. Nā tertiā ętatē hominū vi uebat: eratq; facūdus & dulci loqla

Neuius antiquꝰ poeta: comicus romę

Nicea vrbs bithynię metropolis: ſm Strabonem.

Nicomachus nobilis medicus: pater Ariſtotelis. Item alius filius Ariſtotelis.

Nicoſtrata regina arcadię mater Euandri: alio nomine Carmenta.

Nicomedia vrbs bithynię.

Nicopolis vrbs in epiro: quā ita vocauit Auguſtus a victoria quā habuit ibi de antonio: itē alia vrbs ī ęgypto

Nycteis. i. antiopa filia nyctei. Vide Antiopa.

Nyctileus. i. bacchus qd' interptaī nocturnus: qa noctibus fiebāt eiꝰ ſacra

Nyctimene puella quę cū patre cōcubuit: mutata ob id in noctuā. Oui. ij metamor.

Ninus filius Beli: ſecundus aut potius primus rex aſſyriorū. Nā Belus ſolā habuit babylonē: Ninus vero totā aſſyriam.

Ninus vel niniue vrbs magna quam Ninus rex condidit.

Niobe o curta: filia tantali & vxor amphionis regis thebarū: q̄ ſeptē filios & totidē filias pſtantibus formis habēs ſupbiuit: & Latonę matri Apollinis & dianę ſe ptulit. Quapropter Apollo oēs eius filios & filias ſagittis occidit: & Niobe p nimio dolore facta eſt īmobilis: & mutata diciī in lapidē. Ouidius. vi. metamor.

Niphates a longa: fluuius in armenia: & mons.

Nireus eſt rex naxi formoſiſſimꝰ poſt achillē in exercitu grę corū ad troiā.

Nyſa ciuitas ęgypti ppinqua arabię: in qua Bacchus nutritus fuit. Alia ciuitas indię a Baccho cōdita. Item pagus in helicone monte. Hinc bacchus vocaī Nyſęus.

Niſyrus parua inſula nō longe ab eo: vbi naſcunī optima vina.

Niſus rex megarenſis: habens capillū purpureū: de q̄ fatatū erat: q̄ cū priuareī capillo amitteret regnū. Cū ergo Minos rex niſum obſidens amareī a ſcylla filia niſi: ipſa vt Minoem ſibi cōciliaret: capillū patris abſcidit Deinde niſus diciī mutatus in auem halietū: q̄ eſt ſpecies aquilę: & valde pſequiī cyrim auē: in quā ſcylla fuit mutata. Virgi. geor. Oui. viij. meta.

Nyſus etiā troianus: hyrtaci filius & ſummus amicus Euryali. Qui cum Aenea venerūt in italiā: & cū hi duo noctu tranſirent p hoſtes dormiētes & illorū multos occidiſſent: tandē ab equitibus euryalo cōprehenſo & occiſo Niſus cū fugere potuiſſet maluit cū amico mori: necato tn̄ prius illius occiſore. Virgilius. ix. ęnei.

Noes fluuius thracię deſcendēs iſtrū:

Nola vrbs campanię: quę prius ſidicinum dicebatur.

Nomades gens ſcythica vltra raſcianos: nunc tartari diciī.

Nomentū oppidū ſabinorū: vbi bonum vinū naſcebatur.

Nonacris mons arcadię: a q̄ atlanta diciī nonacrine: quaſi filia nonacris vel arcas.

Noricum eſt regio germanię: quę nūc Bauaria dicitur.

Nuceria ciuitas campanię. ix. milibus paſſuum a mari.

Numa Pōpilius ſecūdus rex romanorū ex curibꝰ oppido ſabinorū electꝰ in regē. Qui populū romanū a ferotia bellorū cōuertit ad cultū deorū: nā multas ſupſtitiones induxit.

Numantia vrbs hiſpanię in celtiberia q̄ a rhomanis obſeſſa p annos. xiiij. cū haberet tm̄ q̄ttuor hominū milia non ſolū ſuſtinuit: ſed etiā vicit quadraginta milia rhomanorū. Tandē tamē a Scipione poſteriore poſt longā et artiſſimā obſidionē deleta. Cū eīn famę laborarent: nec eis dareī iuſti certaminis copia: omnia ſua & ſe ipſos igni immiſerunt.

Numicus i longa: fluuius in latio ppe

lauinium: in quo ſummerſus fuit Aeneas.

Numidę populus ferus in aphrica inter Carthaginē & Mauritaniā: quorū regio dicit̄ numidia: vulgo autē barbaria nunc vocat̄.

Nurſia ſabinorū oppidū nō ignobile in altis vmbrię montibus: cuius ciues nurſini vocant̄.

OAxis eſt fluuius Cretę inſulę: ab Oaxe filio Apollinis: vnde & Oaxia vrbs ibidem. Autores ſunt Vibius & pliſtenes. At Seruius putat fluuiū eſſe meſopotamię: quē nō ſequuntur in alīj cōmentatores Virgilij.

Ocean⁹ eſt mare quod vniuerſam terrem circuit: & a terris propinquis denominat̄. vt apud britanniā dicit̄ oceanus britannicus: apud gades gaditanus: apud indiā indicus. Intra vero terram inter hiſpaniā & aphricā. Itē inter aſiam & europam p bosphorū & helleſpontum.

Octauia ſoror Augusti: quā Mantonius vxorē habuit: & poſt repudiauit. Alia fuit filia Claudij imperatoris: quā Nero habuit vxorē: & eam occidit: vnde eſt tragedia Senecę.

Octauius pater auguſti: qui ex hoc dicit̄ octauianus: & quādoq; etiā octauius: vt apud Iuuenalem.

Ocnus filius tiberini regis thuſcorum & mantus filię tireſię: qui ocnus mātuam condidit: & alio nomine biano dicitur.

Odryſe vel odryſij ſunt populus thracię.

Oebalia eſt laconia ab oebalo rege ſic dicta. Inde adiectiuū oebalius. i. laconicus. Statius. Soluerat oebalio claſſem de litore paſtor. Itē tarentū vrbs calabrię dicit̄ oebalia: quoniā fuit a laconibus cōdita.

Oeagrus fluui⁹ thracię: pater orphei.

Oechalia vrbs laconię: quā Hercules euertit propter iolen filiā euriti regis: q eā ſibi deſponſatā poſtea negarat.

Oedipus filius laij regis thebani & Iocaſtę. Quo nondū nato pater apollinē cōſuluit: q reſpondit eū a filio naſcituro necandū. Quare Laius infantē mox vt natus fuit paſtori necādū dedit. Paſtor aūt puerū pforatis illi⁹ pedibus & tranſmiſſo vimine ſuſpēdit ad arborē. Sed Phorbas paſtor polybij regis corinthiorū inuentū puerū ad reginā ſuā portauit: q̄ liberos nō habēs eū p filio educauit: & a pedū tumore noiauit oedipodem. Qui cū adoleuiſſet orta inter phocenſes ſeditione patrē neſcius occidit. Deinde cū ſphinx mōſtrū ſtans in colle apd thebas ęnigma tranſeuntibus ppone ret: ac ſoluere neſciētes occideret: ſtatutū fuit vt quiſq; ſphingos ęnigma ſolueret Iocaſtę nuptijs & regno thebano potiret̄. Tūc oedipus ſphinga deuicit: & regnū thebanū accipiens: etiā matrē neſcius duxit vxorē: & ex ea genuit Polynicē & Theoclē filios q poſtea de regno certātes mutuis perierūt vulnerib⁹. Tandē oedipus cū cognouiſſet q occidiſſet patrē et matrē duxiſſet: oculos ſibi eruit. quē antigone filia ducebat: & ſe occidere volentem cuſtodiebat. Declinat̄ aūt Oedipus oedipodis vł oedipi. Legit̄ etiā Oedipodes in nominatiuo.

Oenone o lōga: nympha phrigia amica Paridis anteq; raperet Helenam.

Oeneus rex ętholię pater meleagri: qui inde dicit̄ oenides. Ouidius. Cōiugis oenides verſus in arma prece eſt.

Oenomaus filius martis rex arcadię. Vide ſupra Hiopodamia.

Oenotri dicunt̄ itali ab oenotro rege ſabinorum.

Oenotria dicit̄ italia vel a copia & bonitate vini: vel ab oenotro filio Lycaonis: qui ex arcadia in italiā venit

Oeta mōs inter macedoniā & theſſaliā: vn̄ Hercules oeteus dicit̄: qm̄ in oeta fuit exuſtus & ſepultus.

Oeta vero ſine diphthongo p tris ſyllabas fuit rex colchorū pater medeę.

Ouid. Excipit hoſpitio iuuenes oeta pelaſgos. Sed meli⁹ ſcribit̄ p̄ æ diphthongū. Vide ſupra Aeete.

Oetus gigas filius aloei & frater ephialtis. Vide Aloeus.

Ogyges rex antiquiſſimus boetię qui thebas edificauit. Inde Ogygius .i. thebanus: & ogygide ipſi thebani.

Ogygia inſula phenitij maris vbi Calypſo regnabat.

Oiclus argiuus amphiarai pater. Vn̄ Amphiaraus oiclides dicit̄.

Oileus i longa rex locrorū: pater Aiacis vnius.

Olenus e curta vrbs arcadię vł achaię vbi nutrita fuit capra amalthea quę ouē infantē aluit. Hinc ipſa capra in coeleſte ſignū relata dr̄ olenia. Oui. Naſcit̄ olenię ſignū pluuiale capellę.

Olympia locus in achaia inter eliden & piſam vrbes: vbi erat tēplū Iouis olympij: vbi etiā Hercules inſtituit ludos curriles & gymnicos: qui celebrant̄ quinto quoq; anno & illi ludi vocant̄ olympia pluraliter.

Olympias eſt tēpus q̄ttuor annorū .ſ. ſpaciū de vnius olympijs ad altera.

Olympus mōs altiſſimus in grecia inter theſſaliā & macedoniā: q̄ nubes tranſcendit. Et dicit̄ ab olos: qđ eſt totus: & lampos quod eſt ſplendēs: vnde p̄ coelo capit̄. Eſt & ali⁹ olympus in gallogręcia: alius in myſia; alius in ethiopia ad mare rubrum.

Olynthus vrbs thracię iuxta atticam ab athenienſibus tandē euerſa.

Omphale a curta puella & regina lydię: cui Hercules p̄pter amorē ſeruiuit vt ancilla dominę.

Ophiochus eſt ſignū coeleſte: qđ alij putant herculē eſſe: alij eſculapiū. & interp̄tat̄ anguitenēs vel ſerpentē tenens. Male ſcribūt aliq̄ ophiolchus.

Opheltes filius Lycurgi a ſerpente necatus. Vide ſupra Archemorus.

Ops filia coeli & veſtę ſoror. & vxor Saturni; q̄ etiā Rhea dicit̄. Hinc opalia feſta opis: opigena iuno filia opis

Opis nympha comes dianę. Virgili⁹ Opis ad ęthereū pennis aufert olympum.

Opus huius opuntis vrbs locridis: a qua locrenſes vocant̄ opuntij.

Orcamus rex aſſyriorū: vide leucotea

Orchades inſulę multę in oceano boreali vltra britaniā ſiluoſę & incultę

Ordeſſus fluuius ſcythię in iſtrū fluens ex oriente.

Oreades a curta nymphę mōtanę: nā oros gręce dicit̄ mons.

Oreſtes filius Agamennonis regis & clitemneſtrę: qui matrē occidit: eo q̄ illa patrē ſuū occiderat. Deinde Pyrrhū Achillis filiū: qui Hermionē ſibi prius deſponſatā vxorē duxerat occidit clam in tēplo & hermionē recepit. Poſtea furioſus ob hęc ſcelera factus vagabat̄: & cuſtodiete eū Pilade amico fidiſſimo peruenit i regionē tauricā: vbi ſororē ſuam inuenit: cū qua p̄fectus eſt in italiā. Vide Iphigenia & Pilades.

Orchomenus e curta vrbs boetię vbi templū fuit tribus gratijs dicatū. Plinius tn̄ orchomenū ponit in arcadia De gratijs vide ſupra Charites.

Orcus pluto dicit̄: & p̄ inferno ponit̄. Eſt etiā fluuius theſſalię: quē Homerus ſcripſit ex inferis ortū in peneum labi. Vide Peneus.

Orion i p̄ducta filius neptuni ex euriale filia minois ſm̄ Heſiodū. Alij fabulant̄ eum ex vrina Iouis Neptuni & Mercurij genitum: quos deos cū enopius quidam hoſpitio excepiſſet eiſq; bouem mactaſſet: petiuit vt ſibi filiū concederent. Illi ergo in corio bouis vrinā fecerunt: ex qua humo obruta natus eſt orion: quaſi vrion. nam vros gręce vrina dicit̄. Orion igit̄ venator factus: cū Dianā vellet violare a ſcorpione occiſus eſt: & inter ſidera poſitus. Eſt em̄ ſidus quod a latinis iugula vocat̄.

Oricum vrbs in epiro; vbi Therebinthus arbor naſcit̄.

Orithia filia Erichtei regis atheniẽſis quã Boreas raptã tulit in thraciã: & ex ea genuit zetũ & calaim. Alia fuit amazonũ regina: de qua Iuſtinus libro.ij.

Oropus oppidum in attica in cõfinio Boetię.

Orodes rex parthorũ: qui Craſſum romanũ cœpit & occidit.

Orpheus trax filius œagri vel Apollinis & calliopeę muſę: poeta vetus et cytharędus optimus atq; theologus qui dulcedine cantus dicit feras & ſaxa & inferos mouiſſe. Nã euridicen vxorẽ cantu recepit ab inferis: vt ſuperi⁹ habes ĩ Eurydice. Inſtituit aũt Orpheus ſacra bacchi: & tandẽ a mulieribus bacchantibus diſcerptus fuit Licet alij putent ipm fulmine periſſe

Ortygea inſula in ęgeo. Alio nomine Delos.

Ortona vrbs in pelignis ad mare adriaticum.

Oſci populus antiquus in campania. Virgilius. Oſcorumq; manus.

Oſiris ĩ lõga Iouis ex Niobe filius rex argiuorũ primo: deinde relicto fratri eo regno pfectus in ęgyptum: ibi regnauit: & Iſim duxit vxorẽ. Tandẽ a typhone fratre ſuo clam occiſus fuit & ab Iſide diu quęſitus. Quę inuen/tũ tandẽ corpus ſepeliuit in inſula: q̃ dicit abatos. Vbi cũ poſtea bouẽ inueniſſent ęgyptij: putauerũt Oſirim eſſe deificatũ: & bouẽ illũ mẽphim ducentes p deo coluerũt: & apim vocantes ſacra illi inſtituerunt: & certo ſpacio peracto illum in flumine mergentes: alium bouem ſimilis formę cum luctu quęrebant. Quo inuento cum magna letícia vociferabant. Tibullus. Te canit atq; ſuum pubes mirat oſirim Barbara: memphitim plãgere docta bouem.

Oſſa mõs theſſalię pinis plenus: vbi centauri morabant. Inũ Oſſeus a um.

Oſtia oppidũ olim latij in oſtijs tyberis ad mare.

Othrys mons theſſalię: ſedes olim la/phitarũ. Lucan⁹. Solſtitiale caput nemoroſus ſummouet Othrys.

Oxyrynchus ciuitas ęgypti: dicta ab Oxyryncho piſce: qui ibi templum habuit. Nã ęgypti vniuerſi colebant duos piſces p dijs: ſcz Lepidorũ & Oxyrynchũ. Item duas aues: ſcz accipitrẽ & ibym. Item tria terreſtria: ſcz bouẽ: canẽ & felẽ. Quidã etiã cole/bant crocodilũ: & alij Ichneumonẽ paruũ animal quod occidit crocodi/lum. Hęc Strabo.

PAcorus o curta / rex parthorũ: occiſus in ſyria p ventidium rhomanũ.

Pachynum y lõga pmontoriũ ſicilię prope ſyracuſas: auſtrum verſus.

Pactolus o longa: fluuius Lydię: qui olim deferebat auri rameta: vñ et cryſorhoa dicit: & labit ĩ hermũ fluuiũ

Pacuuius brunduſius nobilis tragediarũ ſcriptor: & nepos Ennij poetę: claruit romę tpibus ſcipionis & lelij

Padus maximus italię fluuius: ortum habẽs ad radices veſuli mõtis. Et eſt primo paruus: ſed deinde. xxx. fluminibus auctus p ſeptẽ oſtia ruit ĩ adriaticũ mare. Vocat etiã Eridanus.

Paduſa fluuius in padum fluens.

Padua vrbs venetię circa padũ. Alio nomine Patauium.

Pęan pęantis pater philoctetę: qui Pęantius dicit a patre.

Pęan pęanos apollo & laus apollinis & quęcũq; laus. Itẽ pes quidam.

Pęon quidã medicus pſtantiſſimus: vñ pęonius p medicinalis accipit.

Pęones populus in theſſalia vel macedonia.

Pęſtum oppidũ lucanię: vbi eſt molliſſimus aer: vnde & roſaria ibi bis florent. Inde pęſtanus.

Pagaſa vrbs theſſalię: alio noĩe demetrias. Inde pagaſęus. Lucanus. Vt pagaſęa ratis peteret cum phaſidos vndas.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-135531-p0058-1

Paleſtina regio ſyrię cōiuncta arabię. Eadem & iudęa dicit.

Palamedes e lōga filius naupli rex eu boię inſulę: occiſus ab ipſis grecis ad troiā fraude vlyſſis. Nā cū greci con uocarent ad bellū troianū: vlyſſes vt domi maneret furere ſe finxit: & diuerſis aīalibꝰ litus arabat. Palame des aūt vt ſimulationē vlyſſis dete geret: filiū illius aratro oppoſuit &c. Deinde cū apud troiā eſſent: & vlyſ ſes frumentatū miſſus in thraciā ni hil attuliſſet: Palamedes eo ꝓfectus multū frumenti attulit. Igit vlyſſes videns palamedē ſibi eſſe cōtrarium curauit in tentorio palamedis aurū occultari. Deinde ipm corā principi bus accuſauit dicens: ꝙ a troianis au rū accepiſſet vt grecos traderet. Pala mede negāte q̄ſitū & inuentū eſt au rū: & ipe innocēs lapidatus eſt. Hic a gruibꝰ q̄ volādo miros ordines ſer uant ordinē aciei & q̄ſdā lr̄as didicit vn̄ grues dicunt aues palamedis.

Palemon deus marinus: qui & meli certa. Vide Ino. Alius fuit grāmati cus romę tēporibus Quintiliani.

Palatinus mons in vrbe roma: dictus a palanteo oppido: qḋ ante romā ibi fecerat Euander rex.

Pales dea paſtorū: cuius feſta primo Palilia: deinde parilia dicebant.

Paliſci duo filij Iouis & Thalię vel ęt ne nymphę: q̄ cū a Ioue grauida fa cta eſſet: timore iunonis orauit vt ſi bi terra dehiſceret: qḋ & factū eſt. ſ; poſtea tpe partus inſtāte rurſus apta tellus gemellos peperit q paliſci dicti ſunt: & in ſicilia ꝓ dijs colebant.

Pallas filia Iouis ſine matre: quia ex ce rebro iouis dicit nata. Et dr̄ eſſe vir go & artiū ac armorū dea: Inuentrix olei: lanificij. vn̄ olea dr̄ palladis ar bor. Vocat etiā Minerua & tritonia.

Palinurus ꝓmontorium & portus in lucania prope oppidū veliā: dictus a palinuro gubernatore claſſis Aeneę ibi ſepulto: qui per ſomnum in mare de naue ceciderat.

Pallene regio macedonię: & vrbs Ar cadię.

Palmyra magna vrbs aſſyriorū inter imperia romanorū & parthorū ſita & a Salomone condita.

Pamphylia regio minoris Aſię prope licaoniam & lyciam.

Pamiſus fluuius theſſalię: vnꝰ de qn ꝗ principalibus.

Pan ruſticus deus paſtorum cornutus caprinis pedibus.

Panętoliū mons maximus in ętolia: vel conuentus ętolorum.

Panthaia regio Arabię: ſc; ſabęa: vbi thus naſcit: vnde fit Panthęus a um id eſt ſabęus.

Pandion i longa: rex athenarū: pater prognes & philomelę.

Pandora o lōga mulier formoſiſſima & gratioſiſſima: cui ſinguli dij ſua dona dederūt: ſc; pallas ſapientiā: ve nus decorē: apollo muſicā: mercuriꝰ eloquentiā. Vnde dicit pandora q̄ſi omniū donū: vel ab omnibus dona ta. Hanc (vt ait Heſiodus) iupiter in terrā miſit: vt homines deciperet.

Pannonia regio duplex. Superior pan nonia eſt quę nūc auſtria dicit: inferi or aūt dicit hungaria.

Panompheus eſt epitheton dei: a pan .i. omnis: & omphe .i. vox: quia deꝰ omniū voce colendus eſt: vel quia oēs voces audit. Ouid. Ara panom phęo vetus eſt ſacrata tonanti.

Panormū oppidū ſicilię. Inde Panor mita.

Pathеon templum Romę a. M. agrip pa conditum ioui vltori. Et interpre tatur omniū deorum.

Panthoides dicit pythagoras philoſo phus: qui dicebat ſe fuiſſe euphorbū troianū panthoi filium.

Pantagia fluuius ſicilię.

Panticapes fluuius ſcytharū quintus ab iſtro.

Paphlagonia regio aſię minoris.

Paphus vrbs in inſula Cypro veneri

F

ſacra. Vnde Venus dicitur paphia.

Parcę tres deę fatales: ſcꝫ Clotho: lache
ſis: atropos. quę quicquid homini ad
dixerint id fieri neceſſe eſt: vt fabulan
tur poetę.

Paretoniū vrbs & grandis portus in
ęgypto. Paretonius adiectiuū. Luca
nus. Inde paretoniā fert ſecuꝰ ī vrbē

Paris filius priami regis troię ex hecu
ba vxore. Quę cū eſſet grauida: ſom
niauit ꝙ pareret facē q̄ troiā cōbure
ret. Quare territus rex iuſſit vt puer
mox vt natus eſſet occideret: hecu/
ba vͦo materna pietate mota curauit
clā eū educari apd' paſtorē. Et cū ado
leuiſſet Iuno Pallas & Venus de pul
chritudine cōtendentes ꝓpter aureū
pomū: in quo ſcriptū erat: Detur pul
chriori. A Ioue ad paridē miſſę ſunt
Cui cū Iuno regnū: pallas ſapientiā:
venus voluptatē & pulcerrimā mu
lierē ꝓmiſiſſet: ipſe ꝓ venere ſentētiā
tulit. Poſtea a patre agnitus & in gra
tiā ſuſceptus ſpartā nauigans helenā
vxorē Menelai regis rapuit: ob qd'
ortū eſt bellū troianū. Tandē achil/
lem doloſe occidit. Etiā vocat Ale/
xander. Occiſus tandē ab aiace oilei:
vel a pyrrho.

Parnaſſus mōs in phocide habens du
os colles quos aliqui falſo nominant
citheronē & heliconē: nā illi ſunt mō
tes ꝑ ſe. Item parnaſſus fuit dicatus
Apollini & Baccho. Vnde poetę di/
cunt eū frequentare: & parnaſſides
muſę dicuntur.

Paros inſula in ęgeo vbi cādidiſſimū
habet marmor: quod pariū dicit.

Parma ciuitas gallię in italia: a fluuio
parma dicta.

Parrhaſia ciuitas arcadię. Iñ parrhaſiꝰ
.i. arcadicus: & parrhaſis idis. dicitur
mulier arcas: vt Caliſto.

Parrhaſius pictor eximius. Vide infra
Zeuſis.

Parthenius mōs arcadię: ſic a virgini/
bus dictus. Nam parthenos vel par/
thenice grece virgo dicit.



Parthenium eſt oppidū arcadię.

Parthenope vrbs campanię: alio noīe
Neapolis. a parthenope vna ſyrenū
ibi ſepulta.

Parthenopeus penultima ꝓducta: me
leagri & atalantę filius: rex arcadum
Qui pene puer ꝓfectus eſt ad bellū
thebanum: & occiſus.

Parthi populus ferus ī aſia maiori cir
ca perſas. Eorū regio parthia dicit: q̄
ab occaſu terminat media: ab aquilo
ne hircania: ab oriente aria: a meridie
deſerto carmanię.

Paſyphae ꝑ quattuor ſyllabas filia ſo
lis & vxor Minois regis cretenſis: q̄
turpi amore tauri dicit arſiſſe: & in/
cluſa ligneę vaccę cū tauro coiſſe: &
ex illo cōcepiſſe monſtrū taurino ca
pite: quod minotaurus dicebat. Ser/
uius ait ipſam coiſſe cū ſcriba regio:
qui taurus nominabat.

Paſithea vna gratiarū: alio nomīe Eu
phroſine. Statius. Non hoc paſithea
blandarū prima ſororum.

Pathara vrbs lycię: vbi colebat apol/
lo: qui ob id pathareus dicit. Eadem
fuit patria diui Nicolai epiſcopi.

Patręarū. vrbs achaię in longiſſimo
promontorio poſita ex aduerſo ęto/
lię. In ea ſanctus Andreas apoſtolus
paſſus fuit.

Pathmos inſula parua in ęgeo mari:
vna ſporadū. In qua diuus Ioannes
euāgeliſta exulans apocalypſim ſcri/
pſit.

Patauium vrbs venetię: alio nomine
Padua. Inde patauinus.

Patroclus locrenſis menetij filius: cū ī
patria cędem feciſſet: fugit in theſſa/
liā ad peleum regē: cuius filio achilli
fuit chariſſimus: & cū illo profectus
eſt ad bellū troianū. Cum aūt Achil
les iratus ob raptā ſibi ab Agamēno
ne amicā pugnare nollet: patroclus
eius arma induit: & ſic territurus tro
ianos in pugnā venit. ſed ab hectore
occiſus: cauſa fuit vt achilles ad prę
lia rediret: ac hectorem necaret.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-135531-p0060-2

Pauſanias dux lacedemonius in bello
cōtra Xerxem proditionis dānatus.
Alius nobilis adoleſcens in macedo
nia: qui philippū regē patrē alexādri
occidit: eo ꝙ iuſticia ſibi ſepe rogatꝰ
exercere noluiſſet.

Pegaſus equus alatus: neptuni & me
duſę filius: vel (vt alij dicūt) ex cruo
re occiſę meduſę natus. Qui in helico
nē volans & pede terrā feriens fontē
fecit muſis ſacrū noīe hipocrenem.
Deinde cū in pyrenē fontē dulcē ca/
put inclinaret: bellorophon ipm̄ aſcē
dit: & in cœlū volare volens tandē
decidit: pegaſus aūt in cœlū ꝑueniēs
inter ſidera poſitus eſt.

Pegaſides muſę dicunt̄ a fonte helico/
nis illis dicato: quē pegaſus pede ſuo
feciſſe fertur.

Pelaſgi ſunt theſſali: a pelaſgo iouis fi
lio denoīati: & pelaſgis ipſa theſſalia

Pella vrbs litoralis macedonię: in qua
nati fuerūt philippus & alexander fi
lius eius reges macedonū: qui ob id
dicunt̄ pellei. Iuuenalis. Vnus pelleo
iuueni non ſufficit orbis.

Peleus ęaci & ęginę filius: qui ex tethi
de genuit Achillem: qui pelides dicit̄
Ouidius. Pelides vtinā vitaſſet apol
linis arcus.

Pelias filius neptuni: rex theſſalię: pa/
truus iaſonis. Etiā pelias eſt patrony
micū: & q̄ſi adiectiue ponit̄. Ouidiꝰ.
Tranſeat hectoreū pelias haſta latus
Sed tunc fit a pelione monte.

Pelion mons theſſalię ſiluoſus. Vnde
patronymicum pelias.

Peligni populus italię in ſabinis: ex q
bus natus erat Ouidius.

Pelops rex archaſię filius Tantali reg
phrygū: quē pelopem pater coxit: &
dījs appoſuit carnes. Sola tñ ceres hu
merū comedit alijs abſtinētibus. De
inde pelops vitę redditus humerum
eburneū recepit. deinde cū œnomao
rege achaię certauit & vicit. Vide ſu
pra Hippodamia. Habuit aūt filios
Atreū & thyeſtē: q pelopidę dicunt̄.

Peloponeſus regio gręcię: aliō nomīe
achaia: inter duo maria ſita. Vnde pe
loponneſus. i. pelopis inſula.

Pelorus o ꝓducta: promontoriū ſici/
lię italiam verſus.

Peluſiū eſt vnū de ſeptem oſtijs Nili:
arabiā ſeparans ab ęgypto.

Penelope filia Icarij & vxor vlyſſis:
cui ad bellū troianū ꝓfecto: & poſt
hoc diu ꝑ vrbē vaganti fidē & pudi
citiam ſeruauit: licet a multis procis
ſolicitaretur.

Peneus fluuius theſſaliæ: inter oſſam
& olympū mōtes. Qui orcū fluuiū
accipit: nō recipit: ſed olei modo ſuꝑ
natantē breui ſpacio portatū abdicat
pœnales aquas diriſq; genitas argen
teis ſuis miſceri recuſans: vt Home/
rus & Plinius ſcripſere.

Pentheus rex thebanus filius echionis
& agaues. Qui cū ſacra bacchi con/
temneret: a matre ac ſorore cęteriſq;
fœminis bacchantibus laceratus fuit

Pentapolis regio aphricę: quę & cyre
neica dicit̄: habens quinq; ciuitates:
inter quas principalis eſt cyrene. Fuit
etiā regio iudeę: a quinq; ſimiliter vr
bibus dicta: quę propter nephanda
flagitia perierūt: ſcꝫ ſodoma: gomor
ra: adame: ſegor & ſeboim: quorū lo
co nunc eſt mare mortuum.

Pergamus clariſſima vrbs aſię vł tro
adis: quā ſilenus fluuius intermeat.
Hęc eadē vrbs troia vocat̄. Dicit̄ etiā
pluraliter pergama. Virgilius. Per/
gama ſum peteret &c̄. Hinc perga/
meus & pergamenus.

Pergęa diana dicit̄ a perga oppido pā
philię.

Perinthus eſt clara vrbs thracię in pro
pontide: alias dicta Heraclea. In qua
fuit amphiteatrum: quod inter ſeptē
ſpectacula orbis computatur: nam
hoc amphiteatrum fuit ex vno mar/
more factum.

Permeſſus fluuius boetię ex helicone
monte fluens: & muſis ſacer. Dicit̄
etiā permeſſis dis.

Perſephone vł melius pherſephone dí
cit̃ ꝑſerpina filia iouis & cereris: quã
pluto rapuit & vxorẽ duxit: vnde
dicit̃ inferorũ regina.

Perſeus filius iouis & danaes: qui me
duſam occidit: vt ſuperius habes. de
inde andromadã ſaxo alligatã & ce/
to deuorandã liberauit ac vxorẽ du/
xit: multoſq; hoſtes oſtẽſo capite me
duſe cõuertit in ſaxa. Tandẽ argos re
uerſus acriſiũ regẽ auũ ſuũ (a quo cũ
matre infans fuerat mari impoſitus)
occidit: & ꝓ eo regnauit. Vide ſupra
Danae & Meduſa.

Perſepolis vrbs in ꝑſide a ꝑſeo cõdita

Perſes rex macedonię victus a paulo
Emilio cõſule romano: & cũ filijs in
triumphũ ductus. Q uẽ tñ vt captũ
ſibi adduci vidit: paulus fortunã ei9
miſeratus fleuit.

Perſis regio orientalis: q̃ finit̃ a ſepten
trionibus mieda ab occaſu ſuſiana:
ab ortu carmania: a meridie ꝑſico ſi/

Perillus quidã faber atheniẽſis q (nu
phalari tyranno dedit a ſe factũ ęreũ
bouẽ vt in eo hoĩes incluſos ſuppoſi
to igne torq̃ret. Cũ aũt perillus gran
de premiũ expectaret: tyrãnus eum
boui illo incluſit: vt pœnã ſuam pri
mus experiretur.

Pericles athenienſis dux eloquens &
prudens.

Peruſium vrbs thuſcię.

Petilia oppidum lucanię conditum a
Philoctete.

Petra vrbs nabatheorũ in arabia mon
tib9 & deſertis circũdata & inacceſſa

Peuce inſula borealis in iſtro. Itẽ peu/
ces oſtium iſtri.

Petoſiris quidam mathematicus vel
aſtrologus.

Phaeton filius ſolis & clymenes nym
phę: qui multis ꝓcibus a patre impe
trauit: vt currũ ſolis q q̃ttuor equis
trahit̃: vno die regeret. Sed tanto ope
ri impar equis eũ nõ audiẽtibus: ſed
extra viã currẽtibus mundus ardore
ſolis incenſus eſt. Quare iupiter etiã
cœlo timẽs fulmine ipm̃ deiecit ĩ pa
dũ. Eſt aũt phaethon dictio triſſyl/
laba. Horatius in carmine ſapphico
Terret ambuſtus phaethon auaros.
Eſt & epitheton ſolis: dictũ a grę́co
verbo φαειθω: qđ eſt illuſtro. vn/
de ꝓ ſole capit̃. Errãt aũt qui ſcribũt
phoethon.

Phaethontiades ſunt ſorores phaethõ
tis. ſ. filię ſolis. de qb9 vide Heliades

Phęaces p̱ æ diphthongũ ppł's corcy
rę inſulę: ad quos Vlyſſes venit. In
ſingulari dicit̃ phęax.

Phędra p̱ æ diphthongũ filia Minois
regis cretę & paſiphaes: theſei vxor:
quę Hippolitũ illius filium amauit.
Quẽ cũ ad amorẽ ſui flectere nõ poſ
ſet: accuſauit eũ apud patrẽ q̃ſi eã ille
violare voluiſſet. At poſtq̃ hippo/
lytus ob hoc falſum crimen necatus
fuit: ipſa etiã ſemet occidit.

Petuſa filia ſolis. Vide Heliades.

Phalaris media curta tyrannus ſicilię
crudeliſſimus in agrigento vrbe. De
quo ſupra Perillus.

Phalernus mõs cãpanię prope pute/
olos: vbi naſcit̃ multũ & optimũ vi
nũ: quod phalernũ dicitur.

Phaneus mons in chio: a rege quodã
ſic dictus.

Pharo antiquiſſimus rex ęgypti: a cu
ius noĩe oẽs reges ęgypti vſq; ad tẽ/
pora ſalomonis dicti ſunt pharaones
Et lingua ęgyptiaca pharao ſignifi/
cat regem: teſte Ioſepho.

Pharos vel pharus parua inſula ęgy/
pti cõtra oſtia nili & ꝓpe Alexãdriã
vrbem. In pharo fuit maxima turris
nauigãtibus lumẽ prebẽs nocturno
tp̱e: vñ etiã alij turres ad h̃ factę vo
cant̃ phari. Pharius ponit̃ ꝓ ęgypti9.

Pharnax vel pharnaces rex põti: filius
mithridatis: q patrẽ ꝑſecut9 ad mor
tẽ coegit. Fauebat eñ Põpeio quicũ
mithridate bellabat. Tandẽ cęſari re
bellans: victus & pulſus fuit.

Pharſalos a longa ciuitas theſſalię: in
cui9 cãpis Iuli9 cęſar & Cn. Põpeius

ācre bellū habuerūt: in quo pōpeius victus fuit. Vnde Luccnus id prę̄liū ſcribens librū ſuū appellauit pharſaliā. Itē ipſa ciuitas pharſalia dicitur. Lucanus. Vincenda pariter pharſalia pręſtitit orbem.

Phaſis grandis fluuius colchorum: et etiā vrbs. Hinc medęa filia regis colchorū dicit̄ phaſias: & phaſianę aues illinc allatę.

Phere ciuitas Theſſalię: alia Laconię: alia Boetię.

Pherecides I longa: poeta tragicus: pediculari morbo conſumptus. Seren⁹ Sed quis non paueat pherecidis fata tragędi.

Phereclus faber inſignis: qui naues paridis fabricauerat.

Phidias athenienſis ſtatuarius optimus. Vnde fit phidiacus.

Philace vrbs theſſalię: in qua protheſilaus imperabat.

Philetas gręcus poeta elegiaꝝ ſcriptor

Philoctetes pęantis fili⁹ & comes herculis quē ſepeliuit: & ſagittas illius habuit. Cūq; iret ad bellū troianum vna ſagittarū illarū in pede vulneratus in lemno manſit: tādē in calabria vrbem petiliam condidit.

Phillyra nympha: ex qua Saturnus Chironē genuit: qui chiron phillirides appellat̄ a nomine matris.

Phileni duo fratres carthagineſes: qui pro ampliatione ſuę reipublicę ſe viuos ſepeliri ſuſtinuerūt. Nam cū carthaginenſes & cyrenenſes diu certaſſent inter ſe de finibus agrorū: tandē ita cōuenerunt vt certo tp̄e duo viri ex vtraq; ciuitate exirēt: & vbicūq; illi ſibi obuiarent: ibi vtriuſq; ciuitatis finis eſſet. Igit̄ ex carthagine miſſi phileni longe ꝑceſſerunt in fines cyrenenſiū: anteq; illi aduenirēt. Cūq; veniſſent tandē cyrenenſes: & ſe eſſe pręuētos vidiſſent: grauiter indignati propoſuerūt philenis vt niſi retrocederent viui illic infoderent̄. Quod poſtq; factū eſſet: carthaginenſes illic philenis aras fecerunt.

Philadelphia ciuitas lydię ad radices tmoli mōtis. Strabo eā ponit in myſia proximā lydię: & terremotibus vexatam dicit.

Philadelphus prolomeus rex ęgypti: bibliothecā fecit Alexandrię fere quinquaginta milia librorū continentē. Idē rex libros moyſi curauit traduci de hebreo ſermone in gręcū ꝑ ſeptuaginta interpretes.

Philippiorū vrbs Macedonię a philippo rege condita: prope quā Cęſar & Pompeius: deinde Auguſtus & Brutus pugnauerunt.

Phillis regina thracię & filia Lycurgi Demophontē theſei filiū a bello troiano reuerſum & in thraciā tēpeſtate delatū adamauit: & aliq̄diu ꝓ marito habuit. Sed cū ille athenas ꝓfect⁹ ſtatuto tp̄e nō rediſſet: ipſa amoris impatientia ſe ſuſpēdit in amygdalo & in amygdalū dicit̄ eſſe mutata.

Philomena & philomela filia pandionis regis athenienſis: quā Tereus rex thracię violauit: & linguā ei abſcidit & mutata fuit in auem ſui nominis. Vide Progne.

Phineus rex arcadię: qui cū filios ſuos impulſu ſecundę vxoris ſuę cœcaſſet: ira diuina ipſe etiā cœcatus fuit: & harpyę aues rapaciſſimę cibos eius aut rapuerunt aut fedauerūt. Sed poſtea Zetus & Calais a phineo humaniter tractati fugauerunt illas. Vide infra Strophades.

Phython magnus ſerpēs quē ſagittis occidit Apollo: qui ob id dicit̄ phythius. Et phythia ludi inſtituti in honorē apollinis. Itē phythonicus dicit̄ apolline plen⁹. i. qui inſtinctu demonis futura cōiectat. Quidā tamē ſcribunt python.

Phlegethon fluuius inferorū ſemꝑ ardens. Nā φλεγεθω grece ſignificat cōburo. Virgi. vi. ęnei. Mœnia lata videt triplici circūdata muro: Quę rapidus flammis ambit torrentibus

amnis Tartareus phlegethon.

Plegias filius martis rex laphitarū: pa
ter ixionis. Vñ & ipſi laphitę dicunt
phlegię. Phlegias aūt tēplū delphici
apollinis incendit: vnde grauiter cru
ciat apud inferos: vt ait Virgilius.

Phlegrei cāpi ſunt in theſſalia vbi Iu-
piter cū gygātibus bellauit. Aliȷ ſūt
campi phlegrei in cāpania: vbi Her-
cules cū gygantibus bellaſſe dicit.

Phlegon vnus equorū ſolis: ab ardo-
re dictus.

Phocion quidā nobilis athenienſis: et
bonę vitę: ſed p inuidiā iniuſte neca
tus. Lege Plutarchum.

Phocis parua regio grecię inter atticā
& boetiā. In phocide eſt oppidū del-
phi. Inde phoceus & phocaicus. Vñ
pilades ab Ouidio dicit phoceus.

Phoebus. i. apollo filius iouis & lato-
nę: & interp̄tat latine purus & ſplen
didus: vnde ponit pro ſole. Vide ſup̄
Apollo. Item phoebe eſt Diana ſoror
phoebi: & pro lana ponit. Phoebas ē
ſacerdos phoebi. ſ. mulier vaticinās.

Phoemone filia phoebi: & vates quę
prima carmen heroicū cecinit.

Phoemus lacus arcadię: cuius aqua nō
cturno tpe noxia eſt: diebus autē in-
noxia: vt inquit Ouidius.

Phoenicia vel phoenice regio maioris
aſię & pars ſyrię ppinqua iudeę: &
valde fertilis frugum.

Phoenix quidā rex phoenicię: a quo re
gio noīata eſt. Alius fuit phoenix pe
dagogus & magiſter Achillis.

Pohlus vnus centaurorum.

Pholoe mons theſſalię: in quo centau
ri morabant. Eſt etiā nomen mulier
apud Virgilium.

Phorcyn vel phorcys rex Corſicę &
ſardinę inſularū: & pater Meduſę: q̄
ab eo dicit phorcinis idos. Phorcys
aūt in mari ſubmerſus marinus deus
habitus eſt.

Phoroneus rex argiuorū: filius inachi

Phrahetes rex parthorū: occiſus a ſcy
htis. Itē alius etiā rex parthorū peſſi
mus: qui patrē & triginta fratres &
filium interfecit.

Phrygia regio minoris aſię: habēs ab
oriēte cappadociā: a meridie lycaoniā
ab occidēte troadē: a ſeptentrione ga
latiā: quę tñ pars eius eſt. Et propter
vicinitatē p troade ponit: vnde troes
vel troiani dicunt phryges.

Phryxus filius adamātis regis theba-
rū ex Nephele vxore priore. Qui cū
Helle ſorore ſua inſidias Iunonis no
uercę fugiēs ſup arietē aurei velleris
diſceſſit. Sed Helle in ponto ſubmer-
eſt. Phryxus vero venit ī colchos ad
Aeetē regē: & ibi ariete īmolato illius
vellus aureū ſuſpendit in tēplo: quod
vellus poſtea Iaſon abſtulit. aries au
tem inter coeleſtia ſigna locatus vo-
catur phryxeus e longa.

Picenū eſt regio italię: quę nunc appel
latur marchia anconitana: ab Anco
ne ciuitate.

Picentes autē dicunt habitatores pice
ni.

Picus filius ſaturni: primus rex lauren
tū. Circe autē amore illius capta: ſed
ſpreta ipſum carminibus ſuis muta-
uit in auē ſui noīs: vt fabulantur.

Pierides dicunt muſę: vel a piero mon
te theſſalię in quo natę fuerūt: vel a
nouē filiabus pieri quas canēdo vice
runt. Nā (vt Ouidius ait. v. meta) Pie
rus habuit nouē filias quę muſas ad
certamen carminū puocauerūt. Sed
victę cū muſis etiā maledicerent: ab
illis in picas mutatę ſunt.

Pylades ſtrophiȷ phocenſis filius: ami
cus fidiſſimus Oreſtis: quē furioſum
factū nō deſeruit: ſed eū vſq; in tauri
cam regionem ſecutus pro ipſo mori
voluit. Nam in ea regione ſolebāt ad
uenę immolari dianę.

Pylos vrbs laconię: in qua regnabat
Neſtor: qui ob hoc dicit Pylius.

Pyndarus a curta thebanus poeta lyri
corū princeps: cuius domui vel po-
ſteris pepercit rex Alexander: cū the-
bas euerteret.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-135531-p0064-5

Pindus mons in finibus theſſalię. Itē fluuius & oppidum.

Pimpla locus iuxta parnaſſum montem: vnde muſę dicunt̄ pimpleę vel pimpleides.

Pipleus fons macedonię: a quo muſę vocant̄ pipleides.

Pyramus adoleſcens babylonius: thiſben puellā mutuo amore clam parētibus amans. Et licet a parētibus valde cuſtodirent̄: tamē cōſtituerunt vt nocte exirent & certo loco cōuenirēt ſub arbore quadā. Thiſbe aūt prior illuc veniens: viſo leone fugit in ſyluā: veſte illic relicta. Quā veſtē pyramus poſt veniens a leone laceratā videns: putanſq; thiſben a beſtia deuoratā ſeipſum necauit. Quod thiſbe reuerſa videns: ſe etiā eodē gladio peremit. Ouidius. iiij. metamor.

Pyręus portus athenienſis.

Pyracmon vnus cyclopum: quē alij vocant acmonidē. Vide Brontes.

Pyrrha vxor deucalionis. Vide ſupra

Pyrrhus filius achillis ex deidamia filio lycomedis regis in cyro inſula: q̄ priamum occidit capta troia: occiſus poſtea ab oreſte. Vide ſupra Oreſtes

Alter pyrrhus rex epiri: qui cum romanis pugnauit: occiſus tandē ſaxo cū oppugnaret argos.

Pyrene fons in arce corinthi: muſis ſacer. Etiā eſt mons hiſpanię.

Pyreneus ꝑ tris ſyllabas: rex thracię: muſas hoſpitio ſuſceptas violare volens: cū ille per feneſtras euolaſſent: ipſe ſecutus eas decidit: & fractis mēbris expirauit. Ouidius. v. meta.

Pyreneus per quattuor ſyllabas altus mons hiſpanię: quē aliqui pyrenen vocant. Item pyrenei mōtes: qui a pyreneo protendunt̄ in galliam.

Pyramides turres grandes & ſumptuoſiſſime apud memphim ęgypti vrbem a regibus ꝓ monumentis factę. Sed & rhodope meretrix maximam fecit pyramidem.

Pyrgoteles gemmarum ſculptor artificioſiſſimus.

Pirithous filius ixionis rex lapytharū cū theſeo amico ſuo deſcendit ad inferos vt proſerpinam raperet. Sed a cerbero deuoratus fuit: Theſeus autem captus.

Pyrocles cilicis filius: qui prim⁹ ignē e ſilice excuſſit: vt Plini⁹ ſcripſit.

Piſa vrbs regia arcadię vel achaię: vbi quinto quoq; anno exercebantur ludi curules in honorem Iouis olympici. In hac vrbe regnabat œnomaus: de quo ſupra dictū eſt. Hāc vrbē pręterfluit Alpheus fluuius. Inde piſeus a. um.

Piſę arum. vrbs thuſcię maritima. Inde piſanus.

Piſaurum vrbs vmbrię ſm̄ plinium

Piſtorium vrbs thuſcię.

Piſiſtratus tyrannus athenienſis: eloquentia pręſtans.

Pithacuſa inſula cū oppido in thuſco mari circa campaniam.

Pythagoras ſami⁹: italicę philoſophię princeps: q̄ diſcendi cauſa mundū peragrabat. Tandē cū doctiſſimus eſſet a q̄dā interrogatus quis vocaret̄: ait ſe eſſe philoſophū. Nā ad illud tēpus docti viri vocabant̄ ſophi. i. ſapiētes Quod nomen pythagoras ſoli deo cōuenire putās philoſophus dici voluit. Valde tamē errauit pythagoras putans animas de corporibus in corpora poſt mortē tranſire: & animas hoīm q̄nq; in beſtias & pecora mitti: vnde eius carniū ꝓhibebat. Abſtinebat etiā a fabis: vt quidā volunt.

Pythius Apollo dicit̄ a pythone ſerpēte. Vide ſupra Phython.

Pittacus a curta mytileneus: vnus de ſeptem ſapientibus.

Placētia vrbs in italica gallica. i. in lōbardia circa trebiam fluuiū: & non procul a pado.

Platee arū. vrbs boetię. Stati⁹. Nūcia & excubijs vigiles arſiſſe plateas.

Pleiades ſeptem filię atlantis & pleiones nymphę. & ſunt ſeptem ſtellę in

humero tauri: quę & vergilię dicunt. In ſingulari numero dicit pleias adis id eſt vna illarum.
Plemmyrium fluuius ſicilię: & interpretatur exundans.
Pleuron vrbs ętolię.
Plotę inſulę duę in ęgeo: quę & ſtrophades dicunt.
Pluto filius ſaturni & frater iouis: rex inferorũ. De quo vide ſuperius Neptunus. Et interpretat̃ diues: vñ etiã Dis vocatur.
Podalirius filius Aeſculapij: inſignis medicus: qui cũ machaone fratre ſuo vocatus a grecis peſte laborantibꝰ a creta venit ad troiã. Ouid. Quantus apud danaos podalirius arte medẽdi
Pœantis ẽ pater philoctetis: qui ideo pœantius dicit̃.
Pœni carthagineſes: quaſi phœni: qa a phœnicibus orti.
Pola ciuitas in iſtria.
Polemo philoſophus platonicus: diſcipulus & ſucceſſor Xenocratis. Fuerat in adoleſcentia luxurioſus: ſed a Xenocrate emendatus.
Polycletus e longa ſtatuarius clariſſimus.
Polynices: vide ſupra Eteocles.
Polycrates tyrãnus ſamiorũ fortunatiſſimus: q vt aliqd aduerſitatis habuiſſe videret̃: anulũ ꝓiecit in mare quẽ tñ cocus eius redinuenit in piſce Tandẽ ab Oronte ꝑfecto Darij regꝫ cruci affixus fuit in excelſo monte.
Polydorus o longa filius priami & hecubę: cauſa vitandi belli a priamo cũ multo auro miſſus ad polymeſtorẽ regem thracię. Sed troia capta polymeſtor vt auro potiret̃ occidit puerꝫ Quo cognito Hecuba polymeſtori oculos eruit.
Polymeſtor rex thracię: vt iã dictũ ẽ.
Polymnia vna muſarũ: & interꝑtat̃ multę memorię vel multũ canens: a poly & hymnos.
Polyphemus quaſi multę famę: fuit filius neptuni: & vnus cyclopũ. ſ. gygas vnoculus: carnibus humanis veſcens. Qui cũ aliquot ſociorũ vlyſſis comediſſet: vlyſſes ei optimũ vinũ ꝓpinauit: quo inebriatus cũ grauiter dormiret vlyſſes cũ ſocijs eũ haſtis necauerũt. Idẽ antea amauerat Galatheã nymphã: quę tamen eum ſpreuit: & acim ei pretulit: quẽ acim polyphemus ſaxo necauit.
Polentia oppidũ ligurię in montibus ſitum.
Polyxena e curta: filia priami & hecubę: quã pyrrhus filius achillis iugulari fecit ad tumulũ patris ſui: q propter illã occiſus fuerat. Nã achilles viſa polixena in illius amorẽ adeo exarſit vt illã a priamo peteret vxorẽ: ac pacẽ ꝓmitteret. Igit̃ annuẽte priamo cũ iſtius rei cauſa achilles veniſſet ĩ templũ apollinis: paris eũ occidit.
Pollux: vide ſupra Caſtor.
Pompei oppidũ campanię. Inde pompeianum. i. prediũ cira põpeios.
Pompeius magnus nobilis romanus qui multa bella geſſit. Tandẽ ciuili bello victus a Iulio cęſare: ꝓfectus in ęgyptũ: vt ibi repararet exercitũ occiſus doloſe fuit.
Pontus pars maris circa cõſtantinopolim: alio noĩe euxinus: ſcꝫ a boſphoro thratio vſqꝫ ad meotim paludem Eſt etiã lata regio circa illud mare ſita: cõplectens colchũ: cappadociam: armeniã: & alias ꝓuincias. Ponitur etiã pontus generaliter pro mari.
Porphyris inſula ĩ laconico mari: alio nomine Cithera.
Portunus palemon deus marinus qui portubus prębeſſe putabat̃.
Portmeus charon portitor inferorum.
Porſena vel porſenna rex thuſcię in vrbe cluſio qui Romã obſedit conatus Tarquiniũ regẽ eiectũ reducere. Tandem pacificatus receſſit.
Preneſte oppidũ italię in mõte poſitũ
Praxiteles e curta optimus ſtatuarius & nobiliſſimus marmorũ ſculptor: qui inter alia gnydi fecit venerẽ arti

ficioſiſſime.

Priapus a longa filius bacchi & vene
ris: deus hortorū turpiſſimus: nā in
hortis ponebat̄ ſtatua cū magno mē
bro virili. Colebatur aūt maxime in
helleſponto: vnde helleſpontiacus di
ciī: & immolabant ei aſinū.

Priamus laomedontis filius: rex troię
qui habuit filios quinquaginta: quo
rum pręcipui erant Hector: Paris: tro
ilus: deiphobus: helenꝰ: polites. Poſt
euerſionem troię omnibus filijs eius
occiſis: & ipſe a Pyrrho ſenex occiſus
fuit.

Priene oppidū ionię in aſia: patria Bi/
antis.

Priuernū vrbs volſcorū fuit in latio.
Inde priuernates.

Procyon eſt ſydus: quod latine cani/
cula dicit̄: & interp̄tat̄ antecanis: q̄a
paulo ante canē orit̄ cū leone. Hora.
Iam procyon furit.

Prochyta y curta: inſula in thuſco ma
ri circa campaniā: & vna ex eolijs.

Procuſtes latro crudelis in attica: quē
theſeus occidit.

Prœtus rex argiuorū: cuius filię cū ſu
perbirent: & ſe iunoni ſpecioſitate p̄/
ferrent: Iuno eis talē furorē īmiſit vt
ſe vaccas putarent. Ouidius aūt di/
cit eas a venere quā ſpreuerāt primo
in vaccas: poſt in lapides eſſe cōuer/
ſas. Virgilius. Prœtides implerūt fal
ſis mugitibus agros. Nam prœtides
dicunt̄ filię prœti.

Procris filia erichthei regis athenarū:
& vxor cephali: quē venantē clā ſe/
cuta eſt latens inter frutices & obſer/
uans eū: nā audierat q̄ ibi ille amicā
habere ſolebat. Cephalus aūt motū
in fruticibus videns: & ferā eſſe pu/
tans: vxorē ignarus occidit. Ouidius
ſeptimo metamorphoſeos.

Progne filia Pandeonis regis athenien
ſis & vxor terei regis thracię. Quę cū
ſā filiū itym noīe peperiſſet: flagrās
deſiderio ſororis ſuę philomelę vidē
dę: virū orauit: vt illā ex athenis ſibi
adduceret. Quod tereus cū faceret:
eam in itinere violauit: & ne flagitiū
cuiq̄ꝫ diceret: linguā ei abſcidit: ac in
quodā loco concluſit: progne dicens
q̄ ſoror in itinere obijſſet. Philomela
autē omnia quę geſta erant in peplo
pinxit: quod peplū p̄ ancillam miſit
ad Prognen. Progne autē bacchana/
lia ſimulans: ſororem attulit: & filiū
ſuum occidens Tereo comedendum
dedit. Tereus re cognita cū prognem
perſequeret̄: illa in hyrundinem mu
tata fuit: & Tereus in epopē vel vpu
pam. Philomela etiam in luſciniam
mutata eſt: & itys puer in phaſianā:
quę auis habet aures plumoſas & pē
nas depictas: & freq̄ns eſt apud pha
ſim fluuium.

Prometheus Iapeti filius: qui primus
finxit ex luto ſimulachra: vnde dicūt
eū homines feciſſe. Fabulant̄ eīm q̄
in cœlū aſcendens ignē ferula ſit fura
tus: quo ſimulacrum a ſe factum ani
maret. Vnde iratus iuppiter ipſum li
gari fecit ad montē caucaſum: adhi/
bita aquila q̄ cor eius exederet. Quo
figmento ſignificat̄ fuiſſe vir ſtudio
ſus & aſtronomus.

Propontis eſt pars maris inter helleſ/
pontum & pontum.

Proſerpina i curta filia Iouis & cereris
quā Pluto ex ętna rapuit in vxorem
Ceres aūt vbiq̄ꝫ eam anxie quęſiuit:
& cū tandē comperiſſet: ioui cōque
ſta eſt: qui ſententiā dedit vt ſi nihil
adhuc proſerpina guſtaſſet: apud in/
feros matri redderet̄. Sed quia illam
aliquid guſtaſſe cōſtabat: & ceres in
conſolabiliter dolebat: Iupiter eā ita
placauit vt Proſerpina medio tem/
pore eſſet apud matrem .i. apud ſupe
ros: & medio t̄pe apud virū .i. apud
inferos. Eſt igit̄ Proſerpina vxor plu
tonis & inferorū regina: & eſt luna.

Protagoras rhetor & ſophiſta t̄pibus
Socratis cui Plato librū inſcripſit.

Protheſilaus vnus ducū gręcię: ex phi
lace vrbe theſſalię. Qui cū datū eſſet

grecis oraculũ: vt qui primus ex claſ ſe deſcendiſſet in terram troianã peri ret: ipſe magnanimus primus in ter/ ram deſcendit: & ab Hectore occiſus eſt. Quem vxor eius ita fleuit vt ipſa moreretur.

Proteus filius oceani & thetyos: mari nus deus paſtor phocarum & vates ſed niſi coactus vi nulla dans reſpon ſa. Idẽ ſe tranſformat in quamcunq̧ formã: vt Virgi. iiij. georgi. fabulatꝛ. Fuit autẽ rex ęgypti temporibus Pri ami regis troiani.

Pſylli gens fuit in libya vltra garamã tes: naturalẽ vim cõtra ſerpentes ha/ bens. Nam pſylli neq̧ a ſerpentibus lędi poterant: & illorũ venenum ab aliis hominibus exugebant.

Phthia regio Theſſalię: ſcilicet patria Achillis.

Ptolomęus fuit filius Lagi militis gre garij in exercitu magni Alexãdri: ſed Ptolomęus ita ſe geſſit vt inter duceſ eſſet: & poſt Alexãdri mortẽ rex ęgy pti factus adeo clarus fuit vt oẽs ſui poſteri ab ipſo denominati ſint: & di cti ptolomęi vſq̧ ad tpa Auguſti.

Ptolomais vrbs phoenicię: prius vo/ cata Acha.

Punicus carthaginenſis. Virgil. Puni ca regna vides. Vnde bella punica di cuntꝛ quę romani geſſere cũ carthagi nenſibus.

Puteoli oppidũ cãpanię: a multitudi ne puteorum propter aquas calidas ita dictum.

Quari pplus Gallię nar/ bonenſis inter ſallyes & vo contios.

Quinq̃tria feſta Mineruę: q̃ q̃nto die poſt idus cuiuſq̧ menſis agebantꝛ.

Quirinus dictus eſt romulus: eo q̧ ſp vtebatꝛ haſta q̃ ſabinorũ lingua qris appellatꝛ. Quirinꝰ etiã martẽ ſcat. Itẽ Octauianꝰ cęſar appellatus eſt qrinꝰ

Quirinalis collis in vrbe roma: q̧ in il lo tẽplũ quirini fuit: vel q̧ in illo ha bitauere ſabini a curibus vrbe veni/ entes.

Quirites rhomani dicuntꝛ a Quirino primo rege & vrbis conditore. Ante etiã ſabini appellabantꝛ quirites a cu ribus vrbe ſua: de quibus Virgilius ait: Priſciq̧ quirites.

Rhadamãtus filius Iouis ex Europa: & frater Minois: qui ambo dicuntꝛ eſſe iudices apud inferos.

Rhaguſium vrbs nobilis in dalmatia ab epidauriis condita.

Rhamuſia dea indignationis quę ſu bientes vlciſcitꝛ. Alio noĩe Nemeſis: qđ interpretatꝛ indignatio.

Rhamnuſia aũt dicitꝛ a rhamnys oppi do atticę. Ouidius. Exiget at dignas vltrix rhamnuſia poenas.

Raphia vrbs paleſtinę poſt gazã ſita.

Rauẽna vrbs italię in flaminea ad ma re adriaticum.

Rhea filia coeli & veſtę: ſoror & vxor Saturni: alio nomine Ops.

Rhea etiã dicitꝛ Cybelle mater deorũ. Item Rhea dicitꝛ ilia mater Romuli. De qua ſuperius Ilia.

Reate oppidum ſabinorum: vmbili/ cus italię.

Rhedones populus Gallię in ducatu Britannię ad oceanum.

Regiũ vrbs gallię italicę. i. lombardię Vnde Regienſes.

Rhegium vrbs brutiorũ in finibꝰ ita/ lię ad mare contra ſiciliã: vñ rheginꝰ.

Regiũ gallię cõdidit Lepidus romanꝰ

Regulus: vide ſupra Attilius.

Remus filius Martis & Ilię: quẽ fra/ ter eius Romulus occidit: quia ꝑ lu/ dibriũ muros nouos tranſilierat: vel quia vterq̧ regnare volebat: & ob hoc inter eos orto certamine Remus occiſus eſt.

Remis vrbs gallię belgicę: inter treue rim & metenſem vrbẽ circa ſyluam arduennam. In qua vrbe francorum rex vngitur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-135531-p0068-7

Rhenus fluuius nobilis: ab alpibus ꝑ germaniā fluens: vel galliā a germania ſeparans: tandē tribus oſtijs in ſeptentrionalem oceanum influit.

Rhenus etiā eſt fluuius in italia circa Bononiam.

Rheſus rex thracię: qui cū equis albis veniēs in auxiliū troianorū a diomede & vlyſſe noctu in ſuis caſtris occiſus fuit. Et etiā fluuius circa troiā.

Rhetia regio circa alpes vel in alpibus quā aliqui putant eſſe auſtriam vel ſueuiā. Nam rheti ſunt gens alpina. Alij dicunt rhetiā eſſe penes montanā regionem.

Rhiphei montes ſunt in ſcythia: a ꝑpetuo ventorū flatu appellati: nā riphizo gręce ſignificat flo. Inde rhiphęus accipit̄ ꝓ ſcythicus & aquilonaris: vt rhiphęus populus & rhiphęa nix.

Rhodanus a curta: fluuius gallię ortꝰ in alpibus: & allobroges a celtis ſeparans: & lacui lemanno mixtus: & iterū egreſſus lugdunū & viennam vrbes adit: deinde ligiſticū mare tribus oſtijs influit.

Rhodos clara inſula in mari carpathio oppoſita lycię & ęgypto. In ea fuit coloſſus .lxx. cubitis altus: & alij coloſſi minores centū. Eſt aūt coloſſus ingens ſtatua.

Rhodope o curta mons in thracia: etiā meretrix ī ęgypto fuit cōſerua q̄ndā ęſopi: quę grandē ſtruxit pyramidē.

Rhoetus mons troię: in quo ſepultus fuit Aiax thelamonius. Inde Rhoetęus .i. troianus.

Romulus & Remus gemini: filij martis & ilię. Vide ſupra Ilia & Remus. Ergo romulus fuit cōditor vrbis romę: & primus rex. Secundus rex fuit Numa Pompilius. Tertius Tullus hoſtilius. Quartus Ancus martius. Quintus Tarquiniꝰ priſcus. Sextus Seruius tullus. Septimus & vltimꝰ Tarquinius ſuꝑbus. Poſtea cōſules habuerunt romani.

Roſtra tēplū romę in foro an̄ curiā: ſic dictū ꝙ illi affixa erāt roſtra nauium hoſtiliū antiatibus ablata quondā.

Rothomagum vrbs gallię in ducatu Normanię.

Rutheni ppl̄s gallię in ꝓuincia bituricēſi. Alij ſunt rutheni ī ſcythia vltra liuoniā: alio noīe ruſſi vel raſſiani.

Rubicon fluuius in italia: ſeparās galliā a flaminea. Lucanus. Puniceus rubicon cum feruida canduit ęſtas. Eſt aūt inter ariminum & rauennā: a rubore aquę appellatus.

Rudię arū. vetus oppidū apulię: patria Ennij poetę.

Rutuli vetus populus in latio: quorū rex Turnus cum Aenea bellū geſſit: ſm Virgilium.

Rutuba media curta fluuius ligurię: ex Apoenino fluens.

SAba vrbs metropolis ī Arabia foelici: in monte ſita. Sabęa regio dicit̄ in qua ſola thus naſcit̄: & Sabęi populus ipſe. Virgili. Solis eſt thurea virga ſabęis Alij volunt ꝙ ſaba ſit regio: Sabota vero vrbs.

Sabini vetus italię populus inter latinos et vmbros rigidis moribꝰ. Quorū filias in ſpectaculo rapuerunt primi romani carētes vxoribus. Ob qđ ſabini multa bella geſſerunt cū romanis. Sed multi ex eis victi romā migrauerunt.

Sabelli ijdem qui & ſabini dicuntur. Inde Sabellicus.

Sabota vrbs arabię foelicis: alio noīe Saba: vt ſupra.

Sacę populus in ſcythia. Perſę aūt oēs ſcythas vocant ſacas: a proxima ſibi gente.

Sacra via locus romę: vbi Romulus & Tacius rex ſabinorum foedus fecerunt.

Sacer mons eſt trans Aniene fluuium tertio ab vrbe miliario: quē montē occupauit olim plebs romana cum a diuitibus nimiū grauaret̄: & ibi tri-

buniphebis creati ſunt. Dictꝰ aūt ſa/
cer mons: quia ioui ſacratus fuit.

Saguntus vel ſaguntū vrbs hiſpanię
vltra iberū fluuiū: mille ferme paſ/
ſus a mari: quā rhomanis fauentem
Hannibal euertit. Sed cū viderent ci
ues vrbē capiendā: primores aurum
& argentū omne in ignem iactaue/
runt: ne hoſtis illo potiretur. In quē
ignem multi etiā ciuium ſe miſerunt
Nā alij omnes pugnantes occiſi ſunt
vt ſcripſit Liuius.

Saiticum eſt vnum de oſtijs Nili: di/
ctum a Sais vrbe propinqua.

Salamin vel ſalamis inſula in mari eu
boico contra athenas: in qua eſt vrbs
eiuſdem nominis. Statius. Hos ſala/
mis populos: illos cerialis eleuſis.
Etiam eſt vrbs in Cypro.

Salentinū promontoriū italię: & op/
pidum circa Beneuentum.

Salij ſacerdotes martis: romę a Numa
rege inſtituti: qui luſtrantes orbē ſal
tabant portantes ancilia. i. ſcuta.

Salapia oppidū apulię: vbi Hānibal
amore meretriceo prope captus erat.

Salmacis a curta: fons in caria. Fabu/
lant fuiſſe nymphā quę hermaphro
ditū veneris & mercurij filiū in fon
te nudum repertū amplexans deos
orauerit: vt vnum e duobus corpus
fieret: idq; factum eſſe.

Salmoneus o longa: ęoli filius & rex
helidis: qui vt deus eſſe crederet ful/
mina & tonitrua ſe mouere fingebat
Quare tonitruo & fulmine ad infe/
ros miſſus eſt.

Salacon quidam pauper ſuperbus. vn
de omnes pauperes ſuperbi dicuntur
ſalacones.

Salonę arum. vrbs Dalmatię. Luca.
Qua maris adriaci longas ferit vn/
da ſalonas.

Samaria vrbs ſyrię vel iudeę: caput
vel metropolis decē tribuum iſrael.
Quibus tandē captis & abductis re
miſſi ſunt illic gentiles ad terrā colen
dam: qui ſamaritani q; vocati ſunt
& tota illorū regio dicta eſt ſamaria
Item vrbē ſamariā herodes vocauit
Sebaſten. Vide infra.

Samos inſula in ęgęo mari circa thra/
ciā: vnde & Samothracia vocat: vbi
Iuno ſumme colebat. Altera eſt in eo
dem mari inſula ſamos contra Ephe
ſum ſita.

Samnites populus fuit Italię inter pi/
cenū: campaniā & apuliā: ortus a ſa/
binis: & a ſamnio monte appellatus
Hi ſamnites multa bella geſſerūt cū
romanis: deleti tādē a ſilla dictatore.

Santones vel ſantoni o curta: populus
gallię in aquitania.

Sangarys fluuius phrygię.

Sappho mulier leſbia. i. de iſula leſbo
quę lyrica carmina ſcripſit: fuit enim
docta a poetis. Tādē amore phaonis
cuiuſdē iuuenis capta: cū ille eam fu
geret: ipſa impatientia animi ſe pręci
pitauit in mare de monte leucate.

Sapis fluuius italię in flaminea prope
ceſenam vrbem.

Sardanapalus penultima longa: vlti/
mus aſſyriorū: rex luxurioſiſſimus:
& muliere corruptior. Contra quē
cōiurauit Arbactus pręfectus medo
rū: quia viderat regē muliebri habi/
tu inter mulieres verſari. Victus igit
pręlio ſardanapalus fugit in regiam:
& cū illa ſeipſum combuſſit.

Sareptum oppidū phoenicię.

Sardinia inſula fertiliſſima frumēti in
ter mare thuſcū & aphricū: diſtans a
corſica inſula ſtadijs .lx.

Sardis pluraliter vrbs lydię: caput re/
gia Croeſi.

Sarmathe a curta populus ſcythicus
prope tanaim: qui & ſauromathę di
cunt: nunc & vulgo poloni & litua
ni: & pruſienſes & cęteri.

Sarnus fluuius cāpanię ex mōte eiuſ/
dem nominis fluens.

Sarra vrbs phoenicię: alio noīe tyrus.
Vnde ſarranus. i. tyrius. Virgilius.
Sarrano dormiat oſtro.

Sarpedon e longa: filius iouis: rex ly/

cię: occiſus apud troiam.

Saſos inſula inter epirũ & brunduſiũ

Satiri aĩalia in ęthiopia humana ſpecie ſed cornuta & caprinis pedibus. Veteres putabãt eſſe ſemideos vel ruſticos deos. Virgi. Ferte ſimul ſortiriq3 pedẽ &c̃. Hinc dictę ſunt ſatyrę carmina quibus vicia carpunt.

Saturnus filius cœli & veſtę vel terrę qui ex ope ſorore ſua genuit iouẽ: iunonẽ: neptunũ & plutonẽ. Itẽ dicit filios mox vt nati ſunt comediſſe. Itẽ cœlo patri ſuo genitalia abſcidit: tandẽ a Ioue filio pulſus: ex creta venit ĩ italiã: & ibi agriculturam docuit.

Sano fluuius in finibus campanię.

Sauona vrbs maritima ligurię.

Sauromatę: vide Sarmatha. Iuue. Vltra ſauromatas fugere hinc libet.

Saurus quidam ſculptor eximius.

Scęnitę populus vagus in arabia: qui morant in ſcęnis .i. tabernaculis aut tentorijs cilicinis.

Scęa porta troiana ĩ qua fuit ſepulchrũ Laomedõtis regis: quo integro troia capi non potuit.

Scęuola qui ſiniſtra manu pro dextera vtitur: & ſic appellatus fuit Mutius poſtq3 exuſſit dexteram. Vide ſupra Mutius.

Scamander fluuius troię. Itẽ filius hectoris: alio nomine Aſtyanax. Item

Scamandria oppidum troię.

Scylla filia Niſi regis megarenſis: quę capta nephando amore minois regis qui Megaras obſidebat: vt illũ ſibi conciliaret: purpureũ capillũ primo abſciſſum illi attulit. Fatalis namq3 erat ille capillus Niſo: vt illo amiſſo regnum etiã amitti neceſſe eſſet. Minos tñ ſcyllã vt ſacrilegã ſpreuit: nec ſecũ ducere voluit. Sed cũ illa in nauem eius irruiſſet: minos eam reſti alligatam de puppe ſuſpendit in aqua. Fabulant autẽ poetę q in auem quę cyris .i. allauda dicit ſit mutata: quã Niſus pater in halietũ mutatus perſequi fert. Altera fuit Scylla filia phorci: quã Glaucus marinus deus cum amaret & ab ea ſperneret: adijt circen veneficã petens vt carnibus ſuis illã induceret in amorem ſui. Circe vero glaucum amans: & ab illo cõtẽpta aquã in qua ſcylla ſe lauare ſolebat ſic infecit: vt q3 primũ ſcylla illã intraſſet: mutaret in monſtrũ. Eſt igit marinũ monſtrũ ſuperius virgo: inferius piſcis: lupinũ ventrẽ & caudã delphinã habens: vt ait Virgilius. iij ęneidos. Homerus aũt ait ſcyllã habere ſex capita & duodecim pedes: et more canis latrare. Reuera eſt grande ſaxum in ſiculo freto contra charybdim: eminus effigiem humanã referens: & colliſione fluctuũ repręſentans latratus canum.

Scyr?s inſula in ęgeo: vbi Achilles a matre fuit abſconditus habitu muliebri: ne vocaret ad bellũ troianũ. Vide ſupra Deidamia. Inde Scyrius.

Scyron latro in antica: qui in ſcopulo ſedens cogebat hoſpites ſibi pedes lauare: & ſe adorare. Quod cum facerent: eos p̃cipitauit in mare. Hũc theſeus occidit: & illius oſſa dicunt eſſe mutata in ſaxa: quę ab ipſo vocant ſcyronia.

Scyronia ſaxa ſunt in attica: nõ longe a megaris ad mare: per quę tranſitus eſt difficilis: dicta a Scyrone latrone.

Scythia ampla & barbara regio ſeptẽtrionalis: ab india ad germaniã porrecta ab vno latere ad pontũ: ab altero ryphęos montes habens. Hinc dicitur Scythicus.

Scythopolis vrbs ſyrię vel iudeę.

Scopas optimus ſculptor marmorarius.

Sebaſte vrbs iudeę: olim dicta Samaria. Sed Herodes eam appellauit ſebaſten: quod interpretat auguſta.

Sebeniticum eſt vnũ de oſtijs Nili in ęgypto.

Seleucus vnus de principibus alexandri: & poſt illius obitum primus rex ſyrię.

Seleucia vrbs ſyrię circa Antiochiā.

Selymbria ciuitas in propontide propinqua bizantio.

Semele e curta filia Cadmi regis thebarum: quā iupiter impregnauit: quare Iuno indignata & eā perdere volens aſſumpta forma vetulę quę fuerat nutrix ſemeles eam adijt: & fingēs ſe dubitare an amaſius eius vere eſſet iupiter: hortaī eam illū rogare vt talis & tantus ſecū cubaret qualis & quātus cū iunone ſit ſolitus. Poſtea cū Iupiter ſemel iuraſſet ſe illi daturum quicqd peteret: illa a Iunone decepta id petijt qd Iuno eam docuerat. Quare iupiter vt iuſiurandū ſeruaret Semelen quod petierat fulmine occidit Infantē vero ex eius vtero ſumens: quia nondū maturus erat partui ſuo femori impoſuit: & tādiu fouit donec maternos menſes cōpleret. Qui infans bacchus dictus eſt: & a noīe matris q̄nq3 vocaī Semeleius vel ſemeleia proles.

Semiramis a curta regina aſſyriorum vxor Nini primi regis: poſt cuius mortē ipſa virili habitu vt filius regis putareī diu regnauit: & regnum bellando etiā auxit: & muros babylonis circūdedit. Fuit etiā libidinoſa: & tandē cū filij ſui cōcubitū petiſſet ab illo necata.

Sena vrbs ethrurię vel thuſcię octingentis ſtadijs ab rhoma diſtās. Profertur etiā pluraliter Senę arum.

Senones o curta populus gallię celticę qui olim in italia armata manu venientes exercitū romanū deleuerūt: ac Romā pręter capitoliū ceperunt.

Senogallia vrbs vmbrię in italia.

Sentinū oppidū italię in finibus vmbrię & picenī: alio noīe Saxoferratū.

Serapis a longa: idolum ęgyptiorum alio nomine Apis. Vide ſupra.

Seres pluraliter populus in aſiatica ſcythia apud indiam: qui de ſuis arboribus nobilem lanā depectunt: de qua fit ſericum.

Sequana a curta: fluuius gallię celtas a belgis definiens. Oritur in ducatu burgundię: & pariſios alluens circa Rothomagū intrat oceanum.

Sequani a curta: populus gallię in comitatu burgundię.

Seriphus i longa: parua inſula & vna cycladum in ęgęo.

Setia vrbs campanię: vnde denominatur vinum ſetinum.

Seſtos vrbs ad helleſpontū ſita cōtra abidū patria erus puellę: quę & ſeſtias appellaī. Vide ſupra Ero.

Sybaris a curta fuit vrbs magna calabrię in ſinu tarentino ad amnē cratidē: quę vrbs .xv. ſubditas habuit. ſz tandē delitijs & luxuria dediti ciues omne robur amiſerūt: & breui tp̄e a crotoniatis victi & deleti ſunt. Hinc Sybariticus ponit p luxurioſus. Fuit etiā ſybaris aliud oppidū .xij. milib9 paſſuū diſtans a Rhoma.

Sibylla dicit oīs fœmina diuinās vel pphetans: & interp̄taī diuinū conſiliū. Varro & Lactantius enumerant ſibyllas decē: quarū prima fuit pſica altera libyca: tertia delphica: quarta cumęa: quinta erythręa: ſexta ſamias ſeptima cumana: quę tarquinio ſupbo regi romanorū attulit nouem libros pphetijs plenos: p quibus poſcebat trecentos philippeos aureos. Cū aūt rex ob magnitudinē petiti p̄cij rideret: illa in eius pręſentia tres librorū exuſſit. Deinde regē interrogauit: an eodē p̄cio ſex reliquos libros emere vellet. Illo renuente ipſa iterū tres cōbuſſit. Et cū p tribus reſiduis adhuc peteret idē preciū: rex mulieris conſtantiā admiratus pecuniā dedit & libros accepit: qui romę diligēter ſeruabant a quindecim viris ad hoc ordinatis: & periculoſis temporibus legebanī. Poſtea tn̄ aucti ſūt hi libri: additis carminibus aliarū ſibyllarū. Octaua ſibylla fuit helleſpontia in agro troiano nata. Nona fuit phrygia: decima tyburs vel tyburtina. Ea

Sibylle omnes ſibyllę de chriſti incarnatiõe ſcripſerunt: vt ait Lactantius.
Sicambri populus germanię finitimi menapijs ad vtraq; rheni ripam. Et putant eſſe g..rienſes.
Sicania eſt ſicilia ſic appellata a ſicanis populis: qui ex hiſpania primo in ita liã ireũt: deinde in ſiciliã ꝓgreſſi ſũt vnde ſicani dicunt ſiculi vl' ſiciliẽſes
Sicilia nobilis inſula anguſto ſed periculoſo freto diſtãs ab italia: cui olim fuerat adiuncta. Hinc ſiculus & ſiciliẽnſis. Gręci vero ſicelia p e ſcribunt Vnde & Virgilius patronymicũ foemininũ fecit ſicelis: cũ ait: Sicelides muſę &c. Itẽ Sicilia habet tria ꝓmõtoria: de quibus vide Trinacria.
Sicyon vel ſicyonia vrbs vetꝰ achaię in laconia: apud quã oleę multę ſunt Eſt & inſula in ęgęo mari contra epidaurum.
Sicoris o curta fluuius hiſpanię. Lucanus. Heſperios inter ſicoris nõ vltimus amnes.
Sydon vrbs maritima phoenicię a copia piſciũ ſic appellata: vbi primum factum fuit vitrum.
Syene e longa inſula vel vrbs in confinibus ęthiopię vl' ęgypti directe ſub tropico ęſtiuo. i. ſub cancro in extremo torridę zonę.
Siggum eſt promontoriũ troadis vel troię.
Syla mons in ſylua lucanię.
Sylla nobilis romanus: qui mythridatem regẽ debellauit: & contra mariũ romanũ cruentiſſimũ ciuile bellum geſſit: & marianos. i. fautores marij crudeliſſime necauit. Deinde cũ fuiſſet dictator. i. ſolus romę princeps depoſita dictatura obijt morbo pedicu lari: vel (vt alij volunt) ira nimia ſanguinem vomens.
Silenus e longa nutritius & pedagogus Bacchi.
Siler vel ſilerus fluuius lucanię alluẽs ſalernum oppidũ: & campaniã a lucania ſeparans. Qui fluuius cũ alibi ſaluber ſit: tamen vltra ſurrhentum oppidũ quicquid in eũ proijcit dureſcit in lapidẽ: vt inquit Plinius.
Siluanus deus ruſticus ſyluarum.
Siluia. i. ilia mater Romuli.
Simethus fluuius ſicilię: non procul a catanenſi vrbe.
Simonides gręcus poeta lyricus: ex inſula Cea oriundus. Et fuit primus lyricus apud gręcos aptiſſimus ad mouendas lachrymas: & flebile carmen inuenit.
Symois o curta ẽ fluuius troianus ex Ida monte profluens: & tandẽ xanto miſcetur.
Symplegades ſunt duo ſcopuli in mari quod dicit helleſpõtus: inter quos eſt difficilis & periculoſa nauigatio. Vocant etiã Sydromades. i. concurrentes: quia eminus vident cõcurrere. Etiã vocant Cyaneę: vt ſupra.
Syna mons in deſerto arabię. Alio nomine Oreb vel choreb. In quo Moyſes legem & precepta accepit a deo.
Synadis oppidum phrygię: vñ marmor ſynadicum.
Synopes fuit vrbs iuxta pontum vel in cappadocia: & Diogenis philoſophi cinici patria.
Sipontũ vel ſipons huius ſipontis eſt clara vrbs in apulia ad montẽ garganũ a Diomede conſtructa.
Syphax rex numidię victus a ſcipiõe.
Siphnus inſula in ęgeo mari: & argentiferax olim.
Syracuſę arũ. pluraliter tm̃ vrbs pulcherrima in ſicilia iuxta pachinũ promontoriũ: q̃ tres muros & tres arces habebat & portũ marmoreum.
Syrenes tres filię acheloi fluuij & calliopes muſę: quę habitabant in quadã inſula inter italiã & ſiciliã: & dulcedine cantus ſui nauigantes alliciebãt ac deinde necabant. Vlyſſes aũt illac nauigaturus aures ſociorũ ſuorũ cęra clauſit ne audirent cantus illarũ: ſe ipſum aũt ad malũ nauis alligari fecit: & ſic euaſit: vt inquit Homerus.

Syrenes aūt de ſui cōtemptu adeo do
luerūt vt ſe in mare precipitarent.

Syria eſt regio minoris aſię iuxta iudę
am. Quidā tñ ſyriā vocant totā illā
regionē q̄ cōtinet phoeniciā: paleſti/
na: meſopotamiā & babyloniā: q̄ et
aſſyria dicit̄. Hinc Syrus.

Syrius eſt ſtella in medio centro coeli:
ad quā cū ſol puenerit duplicat̄ ęſtus
et nimio calore languēt mortalia cor
pora: latine hęc ſtella dicit̄ canicula.

Syrtes ſunt duo ſinus. i. loca maris in
fine aphricę: quas inacceſſas facit va
doſum ac reciprocū mare. Sunt igit̄
loca periculoſa ꝓpter ęſtus. i. motus
inquietus & arenę copiam.

Siſyphus ęoli filiꝰ: latro fuit ī iſthmo
quē theſeus occidit. Et apud inferos
hac poena plecti dicit̄: vt ſaxū ſemꝑ
relabens portare cogatur in montē.
Ouidius. Aut petis aut vrges rediitu
rum ſiſyphe ſaxum.

Sython olim thracia vocabat̄: hinc ſy
thonius. i. thratius. Virgili. Sythoni
aſq; niues hyemis ſubeamus aquoſę

Smilax puella q̄ amore croci iuuenis
tabeſcens: mutata fertur in herbā ſui
nōis q̄ ſilis eſt hederę. Oui. Et crocon
in paruos verſus cū ſmilace flores.

Smyrna vrbs ionię vel meonię ī aſia
minori: quā vrbē Meles fluuius cir
cūfluit. Hęc a quibuſdā dicit̄ Home
ri patria.

Socrates athenienſis ſophroniſci mar/
morarij & phaneretę obſtetricis filiꝰ
Qui cū acerrimi eſſet ingenij & phi
ſicen atq; facundiā ſine virtute nihil
prodeſſe videret: illis artibus q̄ ſolę
tunc in vſu erant relictis: ad ethicā ſe
cōuertit: & ſophiſtas vehemēter irri
debat. Quinetiā apollo interrogatus
a quodā de Socrate reſpōdit illū eſſe
ſapientiſſimū. Propter hęc cū multi
ei inuiderēt: ab Anyto quodā diuite
& Meliſſo poeta & Lycone oratore
accuſatus eſt: quaſi deos cōtēneret &
pueros corrūperet. Cūq; nimis ani/
moſe in iudicio loqueretur: addictus
morti venenum bibit in carcere. Sed
ſtatim populus mortē eius ita doluit
vt accuſatores eius vel morte vel exi
lio plecteret: & ipſi Socrati ſtatuam
ereā dedicaret. Huius diſcipulus fuit
Plato: & alij permulti.

Solymę ſolymarū vrbs nobiliſſima
iudeę: quę et hieroſolymę. Ponit̄ etiā
adiectiue. Item vrbs alia circa Lyciā
vel ciliciam iuxta Humerum.

Solon athenienſis legūlator: & vnus
de ſeptē ſapientibus: qui Croeſum re
gem monuit vt ſe foelicē nō putaret
q̄diu viueret.

Sora oppidū volſcorū in campania.

Soracte mōs hyrpinorū in faliſcis xx.
paſſuum milibus a rhoma.

Sparta vel ſpartę nobilis vrbs laconię
alio nomine Lacedemon. Inde
Spartanus & Spartiata gentile nomē

Spartacus fuit gladiator & ſeruus cu/
iuſdem romani. Qui tandē cū octo
gintaduobus ſocijs ſuis effugiēs e car
cere multa ſeruorū milia cōgregauit
& multis damnis affecit italiā. Tan
dē a. M. Craſſo in prelijs occiſus. Lu
canꝰ. Vt ſimili cauſa caderes qua ſpar
tacus hoſtis.

Sperchius fluuius theſſalię: e mōte pe
lio ortus.

Speuſippus philoſophus academicus
Platonis ex ſorore nepos & in ſcho/
la ſucceſſor.

Sphinx monſtrū facie virginis: pēnis
auiū & pedibus leonis: quod quon/
dā ad thebas veniēs hoc ęnigma pro
poſuit. Quod eſt aīal bipes idē q; tri/
pes & quadrupes. Qui hoc ęnigma
ſoluere negbat: eū ſphinx occidebat.
Tandē oedipus ita ſoluit vt hominē
eſſe diceret: qui in infantia manibus
& pedibus nitens quadrupes eſt: at
in ſenectute baculo vtens tripes eſt.
Tunc ſphinx ſe de ſaxo precipitē de/
dit. Reuera ſphinx eſt anīal monſtro
ſum in ęthiopia de genere ſimearū:
fuſco pilo: māmis ī pectore geminis
& homini ꝑſimile: niſi q; piloſum

eſt & ſolitudinem colens.
Sporades.i.ſparſę: ſunt inſulę multę ĩ
ęgeo vel myrthoo mari: inter quas
eſt pathmos.
Stentor quidã grecus in bello troiano
tã vocalis vt tãtũ faceret ſonũ: quan
tũ alij quinquaginta: vt ait Homer⁹
Iuuenalis. Tu miſer exclamans: vt
vincere ſtentora poſſis.
Stenobęa eſt vxor Prœti. Vide ſupra
Bellorophon.
Steropes vnus cyclopum. Vide ſupra
Brontes.
Steſichorus ſiculus poeta lyricus: qui
cũ Helenã Menelai vxorẽ quodã car
mine vituperaſſet: oculos amiſit: ſed
cũ palinodia.i. contrario carmine eã
laudaſſet: viſum recepit.
Stilbon ẽ mercurij ſtella: a στιλβω
ſplendeo.
Stilpon quidã philoſophus megarẽſis
Stymphalus lacus aut palus arcadię
apud oppidũ noĩe Stymphalũ. In q̊
lacu erant aues tantę magnitudinis:
vt radios ſolis obumbrarent: quę to
tam arcadiam deuaſtabant: & a lacu
dicebant̃ ſtymphalides: quas Hercu
les ſagittis occidit.
Styx aqua infernalis ꝑ quam dij iura
bant. Inde ſtygius a, um.i. infernus
vel infernalis. Eſt etiam ſtyx paruus
fluuius arcadię circa nonacrim mon
tem: ex quo qui potat ilico morit̃. Itẽ
alia palus ęgypti circa mẽphim am/
biens abaton inſulam.
Strabo cretenſis philoſophus geogra/
phus temporibus Auguſti.
Strato philoſophus lamſacenus: magi
ſter Ptholomei philadelphi.
Strymon fluuius thracię: ex ęmo mõ
te pfluẽs: & thraciã a macedonia ſe/
parans. Inde Strymonius a um.
Strophades inſulę duę in mari ionio:
in quo harpyas habitare dixit Virgi
lius libro tertio eneidos. Nã phineus
rex arcadię cũ filios ſuos vxoris ſua
ſu necaſſet: irati dij ipſum quoq; cœ
cauerunt; & harpyas aues rapaces et
fedas immiſerũt qui eum vexarent.
Sed cum illuc veniſſet Iaſon cũ argo
nautis: & phineus eos humaniter tra
ctaſſet: miſerũt zetũ & calaim filios
borcę alatos: vt harpyas pellerent ex
regno phinei. Quod illi facientes cũ
veniſſent ad has inſulas moniti ſunt
ne canes Iouis.i. harpyas vlterius ꝑ
ſequerent̃. Ob hoc inſulę quę prius
plotę dicebantur appellatę ſunt ſtro
phades.i. cõuerſiones: quia illic Ze/
tus & calais conuerſi ſunt a pſecutio
ne harpyarũ eas ibi relinquentes.
Strophius rex phocidis pater piladis.
Suburra vicus in vrbe roma.
Sueſſa ciuitas campanię.
Sueſſiones populus gallię ĩter belgas
in prouincia remenſi.
Sulmo oppidũ pelignorum in brutijs
Ouidij poetę patria.
Sunium promontorium & oppidum
in attica.
Surrhentum oppidum campanię.
Suſearum vel ſuſis regia vrbs perſarũ
Lucanus. Agmina achemenijs decur
rant media ſuſis.

TAbor mõs eſt in medio
galileę: mira rotunditate ſub
limis: diſtans a dioceſaria de/
cem milibus paſſuum. Hęc Hierony
mus.
Taburnus mons campanię: vel poti⁹
apulię.
Tęnarus per æ diphthongũ: promon
toriũ laconię iuxta ſpartam vrbem.
Cuius in ſummitate magnus hiatus
eſt vel ſpecus quãdoq; ſtrepitũ agen
te vento faciens. Vnde fabulantur il
lic eſſe portam inferni. Virgilius. Tę
narias etiã fauces alta oſtia ditis.
Tages auctor aruſpicinę: qui ĩ ethru
ria ſubito apparens aratori cuidã: do
cuit eum artem illam.
Tagus fluuius luſitanię aureas habẽs
arenas immixtas.
Taygeta vrbs laconię.
Taygetus mons ibidem. Ponit̃ etiam

taygetus adiectiue.

Thalaſſus vl' thalaſſio deus nuptiarum

Thales mileſius primus de ſeptem ſapientib⁹: qui & primus in grecia diſputauit de rerū natura.

Thalia i producta dicit̃ vna muſarū. Itē vna gratiarū a greco verbo thallo: quod eſt vireo.

Thamyras thracius cytharedus: qui ſua arte ſuperbiens puocauit quendā ad certamen: a quo oculis & arte priuatus eſt. Ouidius. Quid miſerū thamyrā picta tabella iuuat.

Tanager fluuius lucanię.

Tanais fluuius ſeptentrionalis in ſcythia: qui europā ab aſia ſeparat: & in meotim paludem labitur.

Tanis magna vrbs in ęgypto in oſtio Nili: quod ab ea taniticū appellatur

Tantalus Iouis fili⁹ ex Plote nympha rex phrygię: q dijs hoſpitio ſuſceptis appoſuit Pelopē filiū ſuū comedendū. Vide ſupra Pelops. Idē q̄q; Tantalus ſecreta deorū hominibus indicauit. Quapropter apud inferos ita cruciari dicit̃: vt ad amenū fluuium ſtans & arborē dulcibus pomis onuſtā ante ſe videns: ſemp tn̄ eſuriat & ſitiat. Nā quotiens ad potandū ſe inclinat: aut ad carpendū pomū man⁹ extendit: & fluuius & arbor ab ipſo ita diſcedūt vt attingere neq̄at. Oui. Querit aquas in aquis & poma fugacia captat Tantalus: hęc illi garrula lingua dedit.

Tantalis .i. Niobe filia Tantali. Vide ſupra Niobe.

Taprobane inſula remotiſſima vltra indiā inter ortum & occaſum ſolis. Ad quā nauigantes quoniā ſeptentriones nō videt̃: aues ſecū vehūt: quarum aliquas ſępius emittunt: vt ſequant̃ volatū illarū. Eſt aūt auro: argento & gemmis ditiſſima.

Tapſus inſula decem ſtadijs diſtans a ſicilia.

Taraco a curta vrbs hiſpanię citerioris a ſcipionibus condita. A qua prouincia Taraconenſis eſt dicta: quę vulgo vocat̃ Cathalonia.

Taracina oppidū volſcorū in cāpania quod prius anxur dicebatur.

Tarentum nobilis vrbs calabrię in finibus Italię ad mare ſita. Inde Tarentinus.

Tarpeia puella romana filia Tarpeij cuſtodis capitolij tpe romuli: quę ratio regi ſabinorū & tunc hoſti romanorū prodidit capitolium: p acta vt quod in ſiniſtra ferrent ſabini ſibi darent putans. ſ. armillas aureas. At illi ſcuta ſua in eā conijcientes ipſam necauerūt. Hinc capitoliū dicit̃ tarpeius mons: vel tarpeia rupes & arx.

Tarquinius priſcus fuit quintus rex romanorum.

Tarquinius ſuperbus ſeptimus & vltimus rex romanorū: a romanis expulſus ob ſuperbiā ſuā & ob nequitiā ſexti aruntis filij eius: qui Lucretiā nobilē matronā violauerat.

Tarquinij orū vetus oppidū cāpanię

Tarſus vrbs clara cilicię: quā cydnus amęnus fluuius pterfluit: cōdita fuit a Perſeo iouis & danaes filio. In ea natus eſt diuus Paulus apoſtolus.

Tharſis regio indię: licet etiā p carthagine ponat̃ in ſacris literis. Itē p hiacyntho lapide: pro mari poſitū legit̃: vt ait Hieronymus.

Tartarus eſt profundiſſimus & peſſimus inferorū locus: in quo impij cruciant̃ indicibilibus tormentis. Dicit̃ autē a greco verbo taratto: quod eſt turbo: vel a tartariſim quod eſt tremere & horrere.

Tartari populus ſcythicus: olim nomades dicti.

Tarteſſus oppidū in fine hiſpanię: iuxta columnas Herculis. Alio nomīe Cartaia & Gaddir. Inde Tarteſſius adiectiuū .i. occidentalis.

Taruiſium vrbs venetię in marchia taruiſina.

Taurinum vrbs ad alpes caput pedemontanę regionis.

Taurus magnus & altus mons cilicię Sed Plinius inquit: q̄ ſit mons maximus & imenſus ab india porrectus per aſiam vſq̄ ad meotim paludem ſcythię: cuius pars eſt caucaſus mons Sed & alia multa diuerſis in locis habet nomina.

Taurus etiā ſidus eſt & ſignum in zodiaco.

Taurica eſt regio thracię vel ſcythię: vbi aduenę immolabanť dianę.

Taurominiū mons ſicilię ad drepanū promontoriū: & vrbs in monte illo ſita. Inde Taurominitanus.

Taumantias vel thaumātis idis. diciť iris filia Thaumantis & electrę filię oceani: nuncia deorū in rebus malis & mercurius in bonis. Virgi. ix. Ad quem ſic roſeo thaumantias ora locuta eſt A thauma quod eſt grecum miraculum.

Theanū oppidū cāpanię: & ꝑducit a.

Tearus limpidus fluuius in thracia.

Thebais regio ſuperioris ęgypti: vicina ęthiopię. Etiā thebais diciť mulier thebana. Itē liber papinij ſtadij poetę de bello thebano. Item tragedia ſenecę de eodem.

Thebe hu9 thebes grādis vrbs ęgypti a Buſyride rege condita: & tota penſilis. i. ſub ſe habens vias ſubterraneas. Fuit centū & xl. ſtadiorū amplitudine & centū portas habuit ſcđm Homerū. Quod & Iuuenalis ait. At q̄ vetus thebe centū iacet obruta portis. Vocať alio nomine dioſpolis: teſte Plinio.

Thebę arū. vel thebe es. vrbs Boetię in gręcia: condita a Cadmo Agenoris regis filio: vbi Bacchus & Hercules nati fuerunt. Fuit & alia thebe in cilicia: patria Andromaches vxoris Hectoris. Alia item in lucania.

Tegea e curta oppidū arcadię. Inde Tegeęus a um. ꝑ æ diphthōgū & quattuor ſyllabas.

Telamon ę aci filius frater Pelei & pater aiacis: rex ſalaminis inſulę.

Telemachus a curta fili9 vlyſſis & penelopes: qui patri in regno ſucceſſit.

Telegonus filius vlyſſis ex circe: qui patrē ſequutus in ithacā imprudens illū necauit incognitū. Deinde fugiens in italiā cōdidit ibi vrbē tuſculū

Theleboe populus ęolię.

Telemus vates inter cyclopes: qui polyphemo prędixerat cęcitatē ab vlyſſe illi inferendam.

Telephus filius herculis ex auge nympha: nutritus a cerua. Poſtea rex myſię factus: grecos ꝑ ſuā regionē tranſeuntes ad troiā ꝓlio adorſus ab achille vulneratus fuit in femore. Deinde facta pace cū grecis: cū ſanari nō poſſet: cōſuluit oraculū: quod reſpondis vt ab eadē haſta peteret ſalutē a qua acceperat vulnus. Cū ergo in eodem loco rurſus eū Achilles ꝑcuſſiſſet: ſanatus eſt. Quod ſic intelligiť: quia de rubigine ferri Achilles fecit emplaſtrum: quo illius vulnus ſanauit.

Tempe amęnus locus in theſſalia: mōtibus & arboribus cinctus: per quē Peneus fluuius leniter fluit. Poniť ꝓ quocūq̄ loco amęno: vt apud Virgiliū. Viuiq̄ lacus & frigida tempe.

Themis dea docens petere licita: quę templū habuit in boetia. Et interpretatur fas aut licitum.

Themeſe oppidū cypri inſulę in q̄ primū repertum diciť es: qđ inde vocať themeſęū. Statius in ſiluis. Et qs ſe totū themeſe dedit haſta metallis.

Themiſtocles athenienſis dux clariſſimus: qui xerxem regē perſarū nauali pręlio vicit. Poſtea ꝑ inuidiā exul factus ad xerxem confugit. A quo honorifice exceptus & dux belli contra athenienſes conſtitutus: cum neq̄ regi de ſe benemerito vellet negare: neq̄ patrię (licet ingratę) cladem inferre: ſeipſum peremit hauſto ſanguine tauri: vt quidā ſcripſerunt.

Tempſis diciť cacumen tmoli montis de quo infra. In quo centū quinquaginta annos homines viuere dicunt.

Tenedos inſula non ꝓcul a troia: poſt quã latuerũt gręci cũ inſidias tenderent troię. Virg. Eſt in cõſpectu tenedos notiſſima fama Inſula diues opũ

Tenos inſula in ęgeo: vna cycladum.

Tentyra vrbs ęgypti: cuius incolę dicũt habere naturalẽ vim contra crocodilos.

Theophraſtus philoſophus peripateticus: auditor & ſucceſſor Ariſtotelꝭ. Interpretaꝛ diuina eloquentia.

Teos ciuitas ionię: patria Anacreontis poetę lyrici: qui inde diciꝛ teius .i. de teo.

Terapſtę pluraliter tm̃ vrbs laconię ĩ thebanis finibus.

Thera inſula liguſtici maris: q̃ & theramnis & corſica diciꝛ.

Teleus rex thracię marinus prognes. Vide ſupra Progne.

Tergeſte ciuitas venetię.

Thermodoon vel thermodon fluuiꝰ in pontica regione: apud quem habitauere amazones.

Thermophilę arũ. mõs longiſſimus gręciã tranſiens & eam diuidẽs. In q̃ ſunt anguſti meatus: apud quos ſcaturiunt aquę calidę: a quibus denoĩatus eſt ipſe mons. Nã thermos gręce calidus: pyle porta diciꝛ.

Terpſichore vna muſarum: quaſi delectans choros.

Terſites quidã gręcus ex ętolia ꝓfectꝰ ad troiã nobilis: ſed deformiſſimus & ignauus ab achille pugno necatus Iuuenalꝭ. Malo pater tibi ſit therſites: dũmodo tu ſis Acacide ſimilis &c̃.

Theſpis oppidũ boetię ad heliconem montẽ: vnde muſę dicunꝛ theſpiades Itẽ Teſpis antiquiſſimus & primus poeta tragicus: de quo Hora. in arte.

Theſprotia regio & pars epiri.

Theſeus ęgei athenienſis regis filius: vir fortis: qui more herculis magna fecit. Nã adhuc adoleſcens cũ Hercule pugnauit cõtra amazones: etiam Creontẽ tyrannũ thebanũ: qui in p̃lio mortuos ſepeliri ꝓhibebat cecidit, Itẽ terribilẽ taurũ deuaſtantẽ Atticã apud marathonẽ necauit. Itẽ minotaurũ occidit: vt ſupra dictũ eſt. Itẽ ſcyronẽ & ꝓcuſten latrones occidit Rapuit Helenã adhuc puellã: ſed reddidit. Ex creta ſecũ abduxit Ariadnẽ & Phędram filias minois regis. Sed in inſula naxo reliquit Ariadnen: vt ſupra. Tandẽ cũ pirithoo amico ſuo iuit ad inferos vt ꝓſerpinã raperent. Sed pirithoũ cerberꝰ deuorauit. Theſeus ibi detẽtus eſt donec ab hercule liberareꝛ. Virgi. tñ ait in. vi. theſeum apud inferos manſiſſe. Fuit aũt Theſeus rex athenarũ: vnde athenięſes ab ipſo denominanꝛ theſidę.

Theſtias .i. althea filia theſtij. Vide ſupra Meleager & Althea.

Theſtorides .i. Chalcas vates: filius Theſtoris.

Theſiphon vrbs parthorum: vicina ſeleucię in aſſyria.

Theſiphone diciꝛ vna de furijs infernalibus. Sed melius ſcribiꝛ tiſiphone quia venit a tiſis: quod eſt pœna: & phone qđ eſt mors. Et corripit o.

Theſſalia regio gręcię inter atticã & thraciã ſita. Alio noĩe ęmonia: & eſt montuoſa & famoſa veneficijs.

Theſſalonica i ꝓducta vrbs macedonię.

Thetis idos filia chironis: vxor pelei & mater achillis. Iſtud nomẽ aſpiratũ th habet initio: & breuiat vtrãq; ſyllabã. Statius. Iamdudũ tacito luſtrat thetis omnia viſu.

Tethis ios. filia celi & veſte: vxor neptuni. Iſtud nomẽ aſpiratũ th habet in vltima: & producit vtrãq; ſyllabam. Virgilius. Teq; ſibi generũ tethis emat omnibus vndis. Ponitur & pro mari: ſicut & pręcedẽs nomẽ Nam poetę differentiã datam quandoq; confundunt.

Teucer vel Teucrus filius Scamandri cretenſis troiam condidit: vnde troia dr̃ teucria & troiani teucri. Alius fuit teucer filiꝰ telamonis regꝭ ſalaminis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-135531-p0078-2

inſulę ex Heſione filia Laomedontis Qui cū aiace fratre ſuo ex alia matre ꝓfectus fuit ad bellū troianū. Sed cū Aiax ſe ex ira necaſſet: & teucer ſolus domū rediſſet: iratus pater ipſum expulit regno. Ergo teucer in cyprum ꝓfectus ibi vrbē ſalamina condidit.
Teutates idolū quondā gallorū: cui humano ſanguine ſacrificabāt: ſicut & heſo. Luca. Et quibus imitis placat ſanguine diro Teutates &c.
Teumeſus e ꝓducta mōs & regio boetię: vbi Hercules adhuc adoleſcens occidit leonē: cuius pelle vtebat pro veſte. Poſtea aliū leonē necauit apud cleonas.
Teuthrania regio aſię minoris.
Thyas adis. mulier ſacerdos Bacchi: quę & Bacchis & Menas.
Thyatira vrbs aſię: nō lōge a pgamo
Tyberias vrbs gallileę ad lacum geneſaram: cōdita & appellata ſic ab herode antipa in honorē Tyberij cęſaris.
Tyberis vel tybris eſt fluuius italię: qui ex apoenino deflues: & ethruriā ab vmbria diuidens romā tranſit: & deinde apd' oſtiā mare illabit. Primo ab aquę albedine vocabat albula: deinde ab tybri rege tuſcorū circa eū occiſo dictus eſt tybris. Poſtea tyberino rege albanorū in eo ſubmerſo appellatus eſt tyberis vel tyberinus.
Tybur vetus oppidū italię: diſtans a roma. xvi. milia paſſuū in colle cōditū a tribus fratribus thebanis: ſcꝫ tyburto: corace & catyllo filijs catylli filij amphiarai vatis thebani. Hinc Tyburs gentile.
Ticinū i curta vrbs inſubriū vel lombardię: q̄ nunc papia dicit. Vocat autē ticinū a fluuio vicino qui ticinus dicit. Philelphus. Quoſqꝫ pater ticinus nitida plucidus vnda.
Tydeus filius oenei regis etolię vel calidonię vir fortiſſimus. Qui cū Menalippū fratre ſuū in venatione imprudēs occidiſſet: patriā fugiēs adijt Adraſtū regē argiuorū: qui dedit ei argiā filiā ſuā. A polynice qui alterā adraſti filiā habebat legatus miſſus ad thebas ad Eteoclē regē fatrē Polynicis vt pacti memor regnum fratri redderet. Cūqꝫ Eteocles regno ſe ceſſurū negaret: & Tydeus ꝓpter hoc ipſum dure argueret indignatus eteocles quinquaginta milites miſit: qui in ſylua latentes Tydeum recedentē clam aggrederent & occiderent. Sed Tydeus oēs occidit: preter vnū quē nunciū cladis remiſit. Tandem poſt multa fortia facta in bello thebano fuit occiſus a Menalippo thebano: quē tn̄ ipſe cū mortaliter ab eo vulneratus eſſet occidit. & caput eius dentibus diſcerpſit: vt ait Statius.
Tytides i longa. i. Diomedes tydei filius. Vide ſupra Diomedes.
Thyeſtes filius Pelopis & Hippodamię: qui aſpirans ad regnū corrupit vxorē regis fratris ſui. Quare Atreus filios eius ſibi coxit. Vide ſupra Atreus. At thyeſtes oraculū cōſuluit quō ſe vlciſci poſſet: & iuſſus eſt cū filia ſua Pelopeia coire: ex qua natus eſt Aegyſthus: qui Atreum occidit.
Tigranes rex maioris armenię: qui auxilium ferēs Mithrydati regi victus eſt primo a Lucullo: deinde a magno Pompeio.
Tigris rapidiſſimus fluuius armenię: qui a velocitate nomen habet: nam tigris medorū lingua eſt ſagitta. Vnde & beſtia quędā in hircania ꝓpter miram velocitatē ſuā vocat tigris. Itē tigris fluuius oritur ex fonte paradiſi: vt legit in Geneſi.
Tyle inſula Oceani inter occidentē & ſeptentrionē remotiſſima & vltima ex inſulis notis. In qua ſolſticio. i. in medio ęſtatis nullę ſunt noctes & in medio hyemis nulli dies.
Tylos inſula in mari indico: vbi ſemper virent omnes arbores.
Timęus locrenſis philoſophus: cui plato librum de mundo inſcripſit.
Timanus fluuius venetorū vicinus

Timanus fluuius venetorũ vicinus concordię & tergeſti oppidis: ex grã di monte ꝑ ora noue effuſus.

Timantes egregius pictor.

Timoleon corinthius nobilis: qui primo patriã ſuam: deinde ſyracuſas tyrannide liberauit.

Thymbreus Apollo dicitᷣ a thymbra herba: alio nõie ſatureia: quę abunde creſcit in agro troiano circa templũ Apollinis. Vnde & fluuius ibidem Thymbra vocatᷣ.

Thynos oppidũ cilicię. Horatiꝰ. Thyna merce beatũ. Strabo aũt thynos populũ ait eſſe iuxta bithynos.

Tyndarus vel tyndareus rex laconię: maritus ledę & pater putatiuus ſaltẽ helenę: q̃ ob hoc dicitᷣ tyndaris .i. filia Tyndari. Statius. Tyndaris inceſta nimiũ laudata rapina.

Tinge vel tingis oppidũ mauritanię. Alio nomine iulia.

Thyoneus o ꝓducta dicitur Bacchus quaſi impetuoſus. Nam thyo grece ſignificat impetum facio.

Typhoeus per eu diphthongũ & nõ ꝑ oe: fuit gygas Titani & terrę filius qui Iouem ad certamen prouocans ab eo fulminatus dicitᷣ: & ſub inſulã inarimen truſus. Lucan. Cõditus in arimes ęterna mole typhoeus. Ouidius tñ ſub ſicilia illũ ſepultum ait. Apellatᷣ etiã typhon & typhos. Typhoius autẽ adiectiuũ eſt.

Typhon frater Oſyridis regis egypti q ipm regẽ clã necauit & in .xxv. partes corpus eius diſcerpſit ab Iſide regina: & ipſe ꝓ meritis occiſus. Item typhon ꝓ typhoeo ponitur.

Typhis excellẽs faber lignarius & gubernator nauis argonautarũ. Ouidiꝰ Typhis in emonia puppe magiſter erat. Ponitur generaliter pro gubernatore nauis.

Tiryus huius tiryntis vrbs Achaię: & fluuius.

Tirynthius dicitᷣ Hercules: eo ꝙ circa illam vrbem magnalia geſſit.

Tireſias vates thebanus: qui cũ coeuntes angues baculo ꝑcuſſiſſet mutatꝰ fuit in fœminã. Poſt annos aũt .xi. cũ iterũ ꝑcuſſiſſet coeuntes angues virilẽ naturã recepit. Iupiter autẽ & Iuno contendentes vtrius ſexus maior eſſet libido: hunc qui vtrũq; eſſet expertus arbitrũ elegerunt. Tireſias aũt ꝓ ioue ſententiã tulit: aſſerẽs foeminã plus libidinis habere. Ob hoc Iuno eũ cęcauit: ſed iupiter vt cęcitatẽ eius beneficio ſolaretᷣ: dedit ei diuinationẽ. Vnde apud Horatiũ ipſe dicit vlyſſi: O Lerciade quicquid dicã aut erit aut non. Diuinare etẽm magnus mihi donat Apollo.

Tyrrheni ſunt thuſci .ſ. ꝓpl'us italię: dicti a rege ſuo tyrrheno: cũ quo venerũt olim de lydia. Et tyrrhenia eſt tuſcia: & tyrrhenus a um .i. thuſcus.

Tyrus vrbs vetus & nobilis in phoenicia ad mare ſita: olim inſula: ſ; magnus alexander cũ eũ obſideret mare clauſit. Qui etiã ciues ꝑpe oẽs cruci fixit: eo ꝙ ſerui eſſent & dños ſuos .i. veros ciues olim occidiſſent: vt ait Iuſtinus. Itẽ apud tyrũ capiunᷣ conchilia q̃ purpurę vocanᷣ: quorũ ſanguine tingunᷣ veſtes purpureę: q̃ ob id dicunᷣ tyrię. Itẽ carthaginenſes appellanᷣ tyrij: qm̃ cõditores carthaginis venerũt de tyro .ſ. Dido cũ ſuis. Thebani q̃q; dicunᷣ tyrij: eo ꝙ cadmus thebarũ cõditor fuit de phęnitia

Thiſbe puella babylonica. Vide ſup̃ Pyramus.

Thiſiphone eſt vna furiarum. Vide ſupra Teſiphone.

Tyſſagete populus ſcythicꝰ vltra ſarmatas.

Titan vel titanus filius fuit Vrani & frater Saturni maior natu: qui Saturnũ bello adortus cępit. Iupiter aũt filius Saturni titanos .i. titanũ cũ ſuis ꝓlio ſuperauit: & patrẽ ſuũ liberauit Ex titan nati ſunt gygãtes qui cũ Ioue bella geſſerũt. Fuit etiã titan auus ſolis; vnde ſol titan dicitᷣ.

Titanis idos.i.filia titani.ſ.latona.Ca
pit etiā pro luna. Statius. Titani late
mundo ſubnecta ſilenti.
Tytius filius terrę & maxim⁹ gygas:
qui iacens occupare dicit noue iuge-
ra. Qui cū Latonā violare vellet:ab
Apolline ſagittis necatus & ad infe-
ros truſus eſt. Cuius iecur a vulture
exedi perhibet:& quotidie renaſci in
pœnā:vt ait Virgilius.vi.ęnei.
Tithonus filius Laomedontis regis
troię:ab aurora adamatus:& in virū
electus:quę ex ipſo genuit Memno-
nē filiū. Vnde titonica cōiunx a poe
tis appellat aurora. Tithonus aūt au
dita filij nece ita doluit:vt tandē mu
tatus ſit in cicadam.
Tlepolem⁹ fili⁹ herculis rhodiorū rex
occiſus a ſarpedone in bello troiano.
Tmolus mōs lydię ferax vini: mellis
& croci. Dicit etiā timolus. Oui. De
ſeruere ſui nymphę vineta timoli.
Thoas rex colchorū in taurica regiōe
occiſus ab oreſte. Vide ſupra Iphige-
nia. Alter fuit Thoas rex lemni pater
Hipſihides:quę forma patronymica
thoantias dicit.i.filia thoantis.
Tholoſa vrbs gallię Narbonenſis vel
in Aquitania.
Tolentinum oppidū in piceno. Inde
Tolentinas gentile nomen.
Tomyris regina maſſagetarū:q̄ cyrū
regē perſarū occidit. Nā cyro cū in-
genti exercitu ſcythiā ingreſſo tomy
ris ei filiū ſuū adoleſcentē obuiā mi-
ſit:quē Cyrus p̲ inſidias cū ſuis inter
fecit. Tūc regina q̄ſi diuidēs retroceſ
ſit: & Cyrū in anguſtijs ductū cum
oībus ſuis copijs interfecit:caput etiā
Cire vrnā cruore plenā miſit dicens:
Satia te ſanguine quē ſitiſti: cuiuſq;
inſatiabilis ſemper fuiſti.
To marus mons epiri centū fontes cir
ca radices habens.
Tomos vrbs i pōto:vbi medea ſeq̄ns
Iaſonē lacerauit fratrē ſuū paruulū:
vt ſic retardaret patrē a ſui pſecutiōe:
nā tomos eſt īciſio. Ibi exulauit Oui
dius poeta. Dicit etiā tomi pluraliter
Thracia regio Europę latiſſima iuxta
myſiam & macedoniā:in q̄ eſt vrbs
Cōſtātinopolis. Sūt aūt thraces pu-
gnaces & feri:qa partim ſunt barba-
ri:partim gręci. Etiā dr̄ thrace p̲ thra
cia. Et habet a ſeptentrione Iſtrū: ab
oriente pontū:a meridie mare ęgeum
Traconitis regio ſyrię ad arabiam.
Trallis pluraliter vrbs aſię minoris.
Traſibulus athenienſis dux: q̄ patriā
a triginta tyrannis liberauit:tandē in
caſtris necatus noctu.
Traſymenus lacus in agro peruſino:
iuxta quē Hannibal Flamineū cōſu
lē cū.xxiij.romanorū milibus inter-
fecit: & ſex milia cœpit.
Trebia flumen italię iuxta Placentiā:
circa quod Hannibal romanos ſupe
rauit duobus p̄lijs: primo Scipionis
exercitum:deinde Sempronij (conſu-
lis profligando.)
Triballi populus ſcythicus iuxta my
ſios & pannones. Nunc ſerui & raſci
ani dicuntur.
Tripolis regio phœnicię: habens tres
ciuitates quę ſunt Tyrus: Aradus:
& Sydon.
Trinacria vel trinacris.i.ſicilia: ſic di-
cta qa habet tres acris.i.tria pmōto-
ria:q̄ ſunt bachinū:pelorus:lilybęū.
Triptolemus eleuſij fili⁹ & rex atticę
q̄ in illis locis vſum frumēti primus
docuit. Poetę fabulant q̄ ceres eū in-
fantē aluerit ac currui ſuo impoſuerit
vt ſationē frumēti vbiq; doceret.
Triton marinus deus: Neptuni filius
& tubicen. Itē triton eſt fluuius afri-
cę: defluens in paludē tritonidē:dein
de in mare libycū. Vñ & Pallas ap-
pellat tritonia: quia iuxta paludē tri
tonidem nata fertur aut apparuiſſe.
Troglodytę pp̄lus in finibus aphricę
vltra ęthyopiā:qui velociores equis
ſunt:& in cauernis habitātes carnib⁹
ſerpentū viuunt:vt Plinius ait.
Troias regio minoris Aſię ad helleſ-
pontū: quę troia dicitur. Item troas



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-135531-p0081-9

vrbs eſt in troade. Itẽ troas dicit̃ fœmina troiana. Virgil̃. At procul in ſola ſecrete troades acta. i. litore.

Troezen e longa vrbs atticę: vel (vt in Staciũ Lactantius ait) theſſalię: patria Theſei.

Troia regio minoris aſię quę & troas dicit̃. In qua fuit regia vrbs ilium vl̃ ilion: quę etiã Troia dicit̃.

Tros filius Erichthonij filij Dardani rex phrygię: a quo troia appellata eſt regio: quę prius Dardania vocabat̃ a Dardano. Filij Trois erant Ilus & Aſſaracus.

Tros etiã dicit̃ vir troianus.

Tuder vel tudertum vrbs vmbrię.

Tulius hoſtilius tertius rex rhomanorum bellicoſus.

Turduli populus hiſpanię beticę: quibus propinqui ſunt turdetani.

Turo vrbs metropolis biturigum in gallia celtica prope Ligerim fluuiũ: habet ſuffraganeos vndecim.

Turpio Ambiuius erat actor comœdiarũ Terentij temporibus.

Tuſcia regio italię: quę & Ethruria dicitur. Vide ſupra.

Tuſculũ oppidũ latij in colle ſitũ: vt Rhomę videri poſſit: conditũ a Telegono filio Vlyſſis & Circes.

Tuſculanũ dicit̃ villa. i. poſſeſſio ruſtica apud tuſculum.

VAccei populus hiſpanię citerioris.

Valentia vrbs hiſpanię citerioris: mille paſſus a mari: colonia romanorum.

Valeria prouincia circa pannoniã: quę nunc ſtiria vocat̃.

Vangiones populus germanię: nunc Wormatienſes dicti.

Varus fluuius diuidens galliã ab italia: a quo Liguria incipit.

Vaſcones populus hiſpanię taraconenſis: qui quondã ab hoſtibus anguſtiati veſcebant̃ humanis carnibus. Iuuenalis. Vaſcones vt fama eſt alimẽtis talibus vſi.

Vaticanus mons in vrbe Roma: vbi nunc palatium eſt ſummi pontificis & baſilica ſancti Petri: dictus a vaticinijs ibi datis olim.

Vbij populus germanię ad rhenũ ſcʒ colonienſes & finitimi.

Vectones populus hiſpanię. Lucanus Vectoneſqꝫ leues &c̃.

Veij vrbs potens quondã in ethruria: quę diu cũ romanis bellauit: tandẽ capta p̱ Camillũ. Eius incolę dicunt̃ Veientes: & Veientanus adiectiuũ: vt veientanũ vinum.

Velia oppidũ lucenię circa Palinurũ promontoriũ. Inde velinus. Virgiliꝰ Portuſqꝫ require velinos.

Velitre vel velitrarum vrbs volſcoꝝ viginti milibus paſſuum a Roma. Inde Veliternus.

Venaphrum oppidũ campanię: vbi optimum prouenit oleum.

Venuſia vrbs Apulię: patria Horatij poetę: qui inde dicit̃ venuſinus.

Venus amorũ dea: vnde ꝓ amoribus accipit̃. Ponũt aũt tres veneres. Prima fuit filia cœli & diei: quę ex ioue vel baccho genuit cupidinẽ & gratias. Alterã ex virilibus celij natã dicunt. Nã ſaturnus (vt aiunt) celio patri ſuo amputauit virilia: q̃ in mare ꝓiecta & fluctibus agitata ſpumã fecerunt: de qua nata dicit̃ venus: quę ob id aphrodite vocat̃. Tertia venus fuit Iouis & diones filia: mater ęneę troiani.

Vercellę arũ vrbs ligurię circa alpes.

Verulę arũ vrbs latij. Inde verulanus

Verona vrbs clara venetię in marchia taruiſina nõ procul alpibus: quã alluit atheſis fluuius amęniſſimus. In ea nati fuerũt Catullus poeta: & duo Plinij. Ouidi. Mantua Virgilio gaudet: verona Catullo.

Vero fluuius in celtiberia: cuius accolę dicunt̃ verones.

Vertumnus deus qui prę eſſe putabat̃ rebus vertendis. i. vẽdendis & emen

dis:aut q ſe vertit in varias ſpecies.
Veſta filia ſaturni dea virginitatis q̄n
dā habita:cuius in tēplo erant ſex vir
gines quę veſtales dicebant:quia ve
ſtę ſeruiebant cuſtodientes ignē ꝑpe
petuū. Qui ſi forte fuiſſet extinctus
ꝑ negligentiā: verberabant a pontifi
ce. Itē ſi qua fuerat corrupta viua de
fodiebat. Nam circa portā collinam
erat ſpecus clauſum in quo depone
bat. Capiebat autē.i.eligebat virgo
veſtalis intra annū ſextum ſuę ętatis
& decimū: &.xxx. annis oportebat
eā manere virginē: poſtea nubere li
cebat. Fuit & alia veſta: mater ſatur
ni & titani.
Veſtini vetus italię ppl'us iuxta mar
ſos & ſabinos.
Veſuuius mons cāpanię quattuor mi
libus paſſuum a neapoli: vinetis &
oliuetis refertus: nā ibi naſcit bonū
vinū:quod grecū dicit. Cacumen ta
men eius montis eſt ſterile:qđ quon
dam ardere ſolebat.
Veſeuus eſt idē mons qui & veſuui⁹.
Virgili⁹. Talem diues arat capua &
vicina veſeuo Ora iugo. Eſt etiā al
ter veſeuus in liguria ad alpes: ex q̄
padus fluit.
Veſulus idē mōs qui & veſuui⁹. Qui
dā tñ aiunt eſſe montē ligurię: vnde
padus orit:qui & veſeuus.
Vicentia vrbs clara venetię: inter ve
ronam & patauium.
Vienna vrbs metropolis quondā al
lobrogū ad rhodanū prope lugdunū
in delphinatu. Item altera in auſtria
metropolis.
Virbius dicit hippolytus theſei filius
de quo ſupra quaſi bis vir: qa nouer
cali calumnia necatus beneficio ęſcu
lapij vel dianę reuocatus fert ad vitā
Vlyſſes laertę & Autholię filius: rex
ithacę & dulichij inſularū callidiſſi
mus & facūdus. Hic cū expeditionē
in troiā greci pararent: vt domi ma
neret ſimulauit ſe furere. Vide ſupra
Palamedes. Idē achillē muliebri ha
bitu in ſcyro latentē dep̄hendit & ad
troiā duxit: & in bello multa pruden
ter effecit. Itē poſt euerſionē troię cę
teris gręcis patriā repetentibus vlyſ
ſes vi tēpeſtatis vexatus adhuc decē
annis errauit in mari: & ad diuerſa lo
ca venit: vt ait Homerus. qui de ipſi
us errorib⁹ ſcripſit opus inſigne: qđ
odyſſea inſcribit. nā vlyſſes grece ap
pellat odyſſe: quare vlyſſes vel olyſ
ſes nō vlyxes ſcribet: vt docet philel
phus. Poſt longos igit errores vlyſ
ſes naufragus deuenit ad alcinoū re
gē phęacū. A quo benigne exceptus
& ſocijs ac naue donatus tandē redijt
in ithacā patriā ſuā: & in habitu men
dici domū ſuā ingreſſus & a nemine
cognitus: a procis penelopes vxoris
ſui multū vexatus eſt. Quos tandē
auxilio thelemachi filij ſui & ſubul
corū: quibus ſe indicarat occidit &
cęcauit. Poſtremo telegonus filius al
ter venenoſa ſpina trigonis piſcis vliſ
ſem ignarus occidit.
Vmbria regio italię ad apœninū: in q̄
eſt vrbs ſpoletū: vnde vmbria nūc
appellat ducatus ſpoletanus.
Volaterrę arū. oppidū thuſcię in mon
te ſitum.
Volſci quidā ppl's in latio vel cāpania
Vranie vel vrania dicit vna muſarū:
quaſi cęleſtis: ab vranos qđ eſt cęlū
Vranus pater ſaturni: alio nōie celius
cui ſaturnus filius amputauit virilia
vt ſupra Venus.
Vrbinum vrbs in vmbria: licet quidā
in piceno dicant.
Vtica vrbs aphricę.
Vtinum oppidū aquileię.
Vulcanus iouis & iunonis filius: qui
cū deformis natus eſſet: nec ei iuno ar
riſiſſet: pręcipitatus eſt a ioue in inſu
lā lemnū: vbi ꝯm quoſdam nutritus
fuit a ſimijs: & ex caſu illo factus eſt
altero pede claudus. Dicit eſſe faber
deorū: qui Ioui fulmina & dijs arma
formauit contra gygantes: nec tamē
admiſſus eſt ad menſam deorū. Quin

etiã nuptias mineruę petẽs repulſam
paſſus eſt. Virgi. Nec deus hunc mẽ
ſa dea nec dignata cubili eſt. Poſtea
veneris marit⁹ factus: cũ vidiſſet eã
adulterari cũ marte: fecit tenuiſſimas
catenas: quib⁹ ipſos colligauit: ita vt
ſeparari nõ poſſent donec ab omni-
bus dijs & deab⁹ viſi & deriſi eſſent
Eſt etiã vulcanus deus ignis: & ſępe
ponit̃ p igne. Inde vulcanus a um.

Vulturnus fluuius campanię: cui ad-
iacet oppidum vulturnum: a fluuio
ſic appellatum.

Valſinij oppidũ thuſcię: quondã ful-
mine totum concrematum.

XAnthus ẽ fluuius apud
troiam: cuius aqua potata fa
cit oues rufas. nam xanthos
grece rufum ſignificat. Itẽ Xanthus
fuit ꝓpriũ nomen cuiuſdã troiani. Itẽ
nomen equi Hectoris ſm Homerũ.

Xanxij populus aſię: qui ab Harpago
prefecto Cyri regis obieſſi vxores et
pueros & omnẽ ſuppellectilẽ ſuã ar-
ci impoſuerunt: & igne adhibito cre
mauerũt: ipſi vero in hoſtẽ irruẽtes
vniuerſi occiſi ſunt: teſte Herodoto.

Xantippe fuit ſocratis vxor moroſa
& rixoſa.

Xenocrates caledonius philoſophus a-
cademicus Platonis auditor: ingenio
tardus: moribus grauis. Succeſſit in
ſchola Speuſippo: quã tenuit. xxv.
annis.

Xenophon athenienſis philoſophus et
dux inſignis: Socratis diſcipulus: &
Platonis ęmulus: qui multa elegan-
tiſſime ſcripſit: & inter alia Cyri re-
gis pediã. i. diſciplinã: itẽ œconomi
cũ. i. librũ de regimine domus.

Xerxes rex perſarũ Darij fili⁹: vlturus
gręcos: qui copias patris ſui ꝓfligaue
rant: cum maximo exercitu venit in
gręciã. Sed gręci relictis vrbibus na
uali prelio regẽ in anguſto loco ador
ti vicerunt: duce Themiſtocle. Iuſti-
nus ait xerxem in gręcos armaſſe ſep
tingena milia de regno: & trecenta mi-
lia de auxilijs. Itẽ naues decies centũ
milia numero habuiſſe dicit̃. Victus
aũt nauali pugna: trepidus vna naui
cula refugit in regnũ ſuũ. occiſus de-
inde ab Artabano prefecto.

ZAbulon fuit vnus duo
decim filiorũ iſrael: & ponit̃
pro illa tribu iudeorũ.

Zacynthos inſula in gręco mari cõtra
ſinũ corinthiacũ. Virgi. Iã medio ap
paret fluctu nemoroſa zacynthos.

Zancle vrbs ſicilię: alio noĩe meſſana
nõ ꝓcul a charybdi: vnde charybdis
zanclea nominat̃. Fuit & alia vrbs
Achaię.

Zeno eleates. i. de Elea vrbe: philoſo-
phus & inuẽtor dialectices: teſte Ari
ſtotele. Qui cũ vellet patriã ſuã ty-
rannide oppreſſam liberare dep̃hen-
ſus & captus a tyrãno: cũ torqueret̃
vt conſcios cõiurationis nominaret
linguã ſibimet dentibus abſcidit: &
in os tyranni iniecit. Alij ſcripſerunt
q aurẽ tyranni mordens abſtulit: &
ciues increpans ad cędẽ tyrãni indu
xit. Alter fuit Zeno cictiens vel cicti
enſis: auditor Cratis thebani: & au-
ctor ſtoicę ſectę. Nam q̃m in porticu
docebat dictus eſt ſtoicus: quia ſtoa
gręce portum ſignificat.

Zethus fili⁹ Iouis ex antipa: frater am
phionis: rex thebarum.

Zetus vel zetis filius boreę: qui cũ ca
lae fratre ſuo inter argonautas fuit.
Nã zetus & calais alati iuuenes & in
ſignes ſagittarij fugaſſe dicunt har-
pyas e regno phinei. Vide ſupra Phy
neus.

Zeugma vrbs ſyrię ad euphratẽ: me-
dia quondã inter romanorũ & par-
thorum regna. Papinius. Et zeugma
latine pacis iter.

Zeuſis heracleotes egregius pictor: q
cũ Parrhaſio de artificio certans attu
lit in cęnã vuas a ſe tam artificioſe pi
ctas vt aues aduolarent: putãtes eſſe

Veras vuas. Parrhaſius autẽ attulit velum tam artificioſe formatum vt zeuſis verũ lintheum eſſe putaret: & tolli a pictura iuberet. Itaq; zeuſis aues: Parrhaſius zeuſim fefellit.

Zoilus quidam malignus poeta ſcripſit contra libros Homeri: vnde dictus eſt homeromaſtyx .i. Homeri flagellum. Quę ſcripta cũ recitaſſet Ptholomeo regi: rex indignatus nullum ei verbũ fecit. Cũq; zoilus inopia preſſus regem rogaret: vt ſibi daret aliquid quo viueret: ait rex: Homerus multos paſcit: quare tu qui illo doctior es ſaltẽ teipſm paſce. Tandẽ zoilus parricidij damnatus iuſſu regis cruci affixus eſt. Hinc omnis q̄ doctis viris detrahit vocaṫ zoilus. Ouidius. Ingeniũ magni liuor detractat homeri: Quiſquis es ex illo zoile nomen habes.

Zopyrus nobilis perſa: qui cũ Darius rex perſarũ babyloniã diu & fruſtra oppugnaret: ipſe ſibi naſum: aures et labia amputauit: & ita ad babylonios quaſi tranſfuga iuit: conquerens de crudelitate ſui regis. Receptus igiṫ a babylonijs: & dux belli cõſtitutus vrbem Dario tradidit.

Zoroaſtes primus rex bactrianorum qui artes magicas diciṫ inueniſſe: occiſus eſt a Nino rege aſſyriorũ in prelio. Itẽ Zoroaſtres eodem quo natus eſt die riſiſſe legiṫ: cũ omnes homĩes riſum differãt in diem ſexageſimum ſecundum.

Finis.

# Vocabula et interpretationes grecorũ & hebraicorũ terminorum: vna cũ vocabulis cõmunibus ſaracenorũ in latinũ tranſlatis.

Hebreum.

| | |
|---|---|
| Aleph | doctrina. |
| Beth. | domus |
| Gimel vel gomal | plenitudo |
| Deleth vel dolath | tabularũ. |
| He | iſta |
| Vau vel vuaff | et |
| Zay vel Zoy | hęc |
| Ech vel Heth | vita |
| The vel Theth | bonum |
| Ioth vel Ioch | principiũ |
| Caph vel Kaph | manus |
| Lamech: diſciplinę ſiue cordis | |
| Men ſiue Myn | ex ipſis |
| Nun | ſempiternũ |
| Gamech vl' zemcat: adiutoriũ | |
| Ayn vel hee | fons ſiuę oculus |
| Fe: os ab ore/nõ ab oſſe dictũ intellige: ne literarũ ambiguitate fallaris. | |
| Sade vel zſade | iuſticia |
| Coph vel Koph | vocatio |
| Res | capitis |
| Sen vel ſyn | dentium |
| Tau vel thaff | ſigna. |

¶Poſt interpretationẽ elementorũ intelligẽtię ordo dicendus eſt. ¶Prima cõnexio eſt Aleph Beth gimel deleth: Doctrina domus plenitudo tabularũ. A qua videlicet doctrina eccleſię quę domus dei eſt in librorũ reperiaṫ plenitudine diuinorũ. ¶Secũda cõnexio eſt He Vau Zay Ech: iſta & hęc vita. Quę em̃ alia poteſt eſſe vita q̄ſ ſcientia ſcripturarũ: p quam ille chriſtus agnoſciṫ qui eſt vita credentium?

¶ Tertia cōnexio habet Teth ioth bo
nū principiū: quia ꝙuis ſciamus vni
uerſa quę ſcripta ſunt: tamen ex parte
cognoſcimus: & ex parte ꝓphetamus
& nūc ꝑ ſpeculū in enigmate videmꝰ
cū aūt meruerimus eſſe cū chriſto: &
ſimiles angelis fuerimus: tunc librorū
doctrina ceſſabit. ¶ Quarta cōnexio
eſt Caph Lamech manus diſcipline ſi
ue cordis. Manus intelligunt̄ in opere
Cor & diſciplina interp̄tant̄ in ſenſu:
quia nihil facere poſſumus niſi quę ſu
perius facienda ſunt ſcierimus.

¶ Quinta connexio eſt Men Nun Sa-
mech: ex ipſis ſempiternū adiutorium
Hoc explanatione nō indiget: ſed om
ni luce manifeſtiꝰ eſt ex ſcripturis ęter-
na ſubſidia miniſtrari. ¶ Sexta con-
nexio habet Ayn Phe Sade: fons ſiue
oculus oris iuſticię: ſcd'm illud quod
in tertio numero expoſuimus.

¶ Septima & extrema cōnexio eſt ꝙ ī
ipo ſeptenario numero ſit myſticus in
tellectus. Coph Res Sen Tau: vocatio
capitis dentiū ſigna: ꝑ dentes articula
ta vox promit̄: & his ſignis ad caput
omniū qui eſt chriſtus ꝑuenit̄: ꝑ quē
venit̄ ad regnū ſempiternū. Oro te ꝗd
hoc ſacramēto ſacrius? Quid hoc ſacra
mento voluptate iucundius? Quis ci
bus: quę mella ſunt dulciora ꝙ̄ dei ſci
re prudentiā: & in abdita eius intrare:
& ſenſum creatoris inſpicere & ſermo
nes domini tui: aut qui ab huius mun
di oblectatione deridentis plenos do-
cet ſapientia ſpiritali abſtinere? Habeāt
ſibi ceteri ſuas opes: genimina bibant:
ſerico niteant: plauſu populi delectent̄
& ꝑ varias voluptates diuitias ſuas
vincere nequeant: noſtrę diuitię in le-
ge domini meditari: die ac nocte pulſa
re ianuam non patentem: panes trini-
tatis accipere: ſęculi fluctus domino
prꝫeunte calcare &c̄.

A Id eſt ſine: Inde &
a cephas .i. caput dicit̄
acephalus q̄ſi ſine capi
te. Et ſic quicūꝗ incer
te ſententię inſiſtit: ace-
phalus dicit̄. Item oēs
heretici poſſunt dici acephali .i. ſine
capite ieſu chriſto.

Achel .i. ager. Iñ & ab emach ſanguis
acheldemach .i. ager ſanguinis.

Achis .i. cura. Inde Acidia .i. triſticia:
moleſtia: anxietas.

Acros .i. mōs. Iñ & a cerānia orū .i. ꝑ-
ruptę ciuitates mōtiū dr̄ acrocerānia
orū. illud idē q̄ſi montes fumigati.

Acheron .i. palus infernalis: die helle.
quia eſt ſine gaudio.

Adri vel adros .i. petra. Iñ adria mare
q̄ddā: & adriaticus a um .i. petroſus.
Etiā adria dr̄ terra iuxta illud mare.
Sed adria orū. ſunt ſcopuli. v̄. Adria
ſunt ſcopuli: ſit & adria terra: fretūꝗ

Adulos .i. creſcens vel famulans. Inde
adoleſcens: q̄a ad adoleſcētes ſpectat
famulari & creſcere: vel dicit̄ adole-
ſcēs ab adoleſco īcohatiuo de adoleo

Afros .i. ſpuma. Inde afrodite .i. venꝰ:
q̄a nata fuit de ſpuma maris ſm fabu
las ex genitalibus Celij in mare ꝓie-
ctis. Et afronitū .i. ſpuma nitri.

Agios .i. ſanctus: ab a .i. ſine et ge terra
q̄ſi ſine terra: ſm Hugui. v̄. Eſt agios
ſanctus: o theos deꝰ: iſchyros ipſe For
tis: & athanatos vult īmortalis ha-
beri. Eleyſon miſerere notat: nobis
notat ymas. Inde agiographus .i. ſcri
ptor vel impreſſor ſacrę ſcripturę: ab
agios qđ ē ſctūs & graphus ſcriptor

Agmon .in intus. Iñ & a pir ignis dici
tur piragm̄ū .i. vulcanus vel aliquis
cyclopum.

Agnos .i. piū. Inde agnus: q̄a piū aīal
eſt: vel dicit̄ ab agnoſco: q̄a balatu ſo
lo noſcit matrē. Inde etiā dicit̄ agnes
etis. quia pia & mitis extitit virgo.

Agrion vel agrios .i. ferū vel agreſte.
Inde & a phagin comedere agriopha

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-135531-p0086-7

gita tę. monſtrū indię: quod ſolū fe/
rarū carnibus veſcitur.

Agros. i. tractus. Iñ chirogra & poda
gra infirmitates manuū & pedum.

Alce vel alcon. i. fortitudo ſiue virtus
A quo & idos forma dicit̃ alcides. i.
hercules: q̄a fortis & formoſus fuit.

Allelu. i. laus. Iñ & ab ia qđ eſt nomē
dei ſm qđ eſt inuiſibilis dicit̃ alleluia
. i. laus dei ſm Hugui. Papias ſic dicit
Alleluia ſcat laudate ſiue clarificate
dñm in vnū. Hieronymꝰ. Alle. i. cre
atura: lu. i. laudet: ia. i. dñm. Ambro
ſius. Alle. i. lux: lu. i. virtus: ia. i. vita
Auguſtinus. Alle. i. ſalua: lu. i. me: ia
. i. dñe: q̄ſi ſalua me dñe. Gregorius.
Alle. i. pater: lu. i. filiꝰ: ia. i. ſpū ſſctūs
Ioānnes de garlādia in accētuario ſuo
ponit hos verſus. Alleluia modis ex
ponite pluribus iſtis. Al ſaluū: le me
fac lu: notat deus ia. Ia deo: laudes lu
denotat: alleq; creata. Alle pater: na/
tus lu: ſpiritus ia vocat̃. Alleq; lux:
vita lu ſit: dic ia ſalutē. Allelu lauda
te ſonus fertur deus ia.

Allon vel alleos. i. alienū. Inde et a the
ſis poſitio alleotheca: quaſi aliena po
ſitio accidentis vel accidentiū: vt cū
caſus: genus vel pſona ponit̃ ꝓ alio
caſu: genere vel perſona.

Analogia gloria dei vel domus gratię
interpretatur.

Ananiel gratia dei: vel ꝓpriū nomen
viri.

Anachoreta peuulti. ꝓdu. dr̃ heremita

Abioch pater meus interpretat̃.

Abimelech eſt ꝓpriū nomē viri. Et in
terp̄tat̃ pater meus rex: vel patrꝫ mei
regnū

Alethia dicit̃ veritas.

Alpha prima lr̃a eſt apud gręcos: & a
latīe: & ponit̃ ꝓ principio: vt ī apoc̄
Ego ſum alpha & o. Iñ & a betha. i.
b cōponit̃ alphabethū. i. abcdarium.

Amal vel amalaoth hebraice: latine ē
angelus vel nuncius.

Ampho vel amphi. i. circū. Inde & a
theatrū amphiteatrū. i. locꝰ rotūdus
ad ſpectaculū factus: quaſi ex duobꝰ
theatris factū: quia theatrū ſemicir/
culi figurā habet: ſm Huguitionem

Amphi. i. dubiū. Iñ & a bole ſentētia
amphibologia: q̄ſi dubia ſententia.

An. i. circū. Iñ & a chille. i. labiū dr̃ an
chille is. i. ſcutū rotundū: q̄a circūcir
ca labra & marginē habet. Vel dr̃ an
cile ab ancido q̄ſi anciſū. i. circūciſū

Ana. i. re. Iñ & a dyplon. i. plica vł du
plicatio anadyploſis q̄ſi replicatio vł
iterū duplicatio. Et fit qñ ſeq̄ns ver/
ſus incipit ab eadē dictione in quā p̄
cedēs terminat̃: vt in pſalmiſta. Stan
tes erāt pedes noſtri in atrijs tuis hie
ruſalē. Hieruſalem &c̄.

Ana. i. ſurſum. Inde & theca: qđ eſt q̄
dā figura ſic facta: q̄ imprimebat̃ oli
frōtibus dānatorū: dr̃ anathema q̄ſi
anatheca. i. ſup̄na maledictio q̄ ſolet
fieri p̄ p̄latos: Sed anathema adiecti/
uū. i. excoīcatus: & eſt indeclinabile

Ana. i. retro. Iñ & a theſis poſitio ana/
thema: quaſi retro poſitio a cōmuni
one fidelium.

Ana. i. rectū. Inde & a thomos diuiſio
anathomia. i. recta diuiſio corporis
humani.

Ana apud medicos ſcat ęq̄le ī receptis
Rꝫ. piperis ʒinziberis ana i. ęq̄liter.

Anda. i. ſtercus. Inde & ab anis ande/
ganis interponēdo g. & eſt nomē ci/
uitatis indeclinabile ſicut pictanis. v̄
Sicut pictanis nomē trahit ex ane pi/
cta. Sic eſt andeganis auiū de ſterco
re dicta.

Ancon. i. curuū. Iñ ancon onis. q̄dā ci
uitas dicta eſt a cōcauitate quā habet
in portu. Iñ ancus a ū. i. curuus: etiā
ancꝰ ci. ē ꝓpriū nomē regꝫ romanorū

Andron vł andros. i. vir vł virilis. Iñ
Andreas: q̄a viriliter chriſto adhęſit

Anti. i. cōtra: a q̄ & phraſis locutio dr̃
Antiphraſis. i. vniꝰ verbi ironia: vt
bellum a bonum.

Anti. i. pro: a q̄ & onoma noīatio vel
nomen anthonomaſia: quaſi poſitio
noīs: ſcʒ appellatiui ꝓ ꝓprio p̄ excel/
lentiā: vt apoſtolus ꝓ Paulo.

Anti.i.prę.Iñ & a ſto antiſtes: q̃ſi prę
alijs ſtans in dignitate: & ꝑ epõ ẽ ge
neris maſculini: p ſacerdote ge. cõis.
Anthropos .i. hõ q̃ſi anathropos ſm
Papiã.i.ſurſus verſus: ab ana & tro/
pos cõuerſio. Iñ anthropomorphitę
quidã hęretici credẽtes deũ humana
habere mẽbra: & dr̃ ab antropos .i.
hõ & morphe mutatio & theos deꝰ.
Apatia.i.impaſſibilitas: ab a.i.ſine &
pate paſſio.
Apo vel apos eſt equiuocũ ad ſeptem
ỹ. Lõge priuat apo defectũ deq; no/
tabit. Iuxta retroq; re ſolet & ſignare
negatq;. Primo ſ̃cat longe. a q̃ & lo/
gos ſermo apologus q̃ſi longe poſitꝰ
a ſermone.ã. vero. Et eſt apologus ſer
mo fictus a brutis aĩalibus ſumptus
ad informationẽ humanę vitę intro
ductus. Secũdo priuat vel eſt.i.idẽ qꝫ
de. Iñ & a criſis ſecretũ dicit̃ apocri/
ſis a um.i.occultus vl' ſecretus: quaſi
de ſecretis.i. de numero ſecretorum.
Apocripha ꝓprie dicunt̃ illa ſcripta
quorũ origo & autor ignorat̃. Ter/
tio notat defectũ. Inde apoſiopaſis.i.
validus defectus oratiõis: vt ego ne
illam &c̃. & dicit̃ ab apo.i.defectus.
& paſis paſſio quaſi paſſio defectus.
Quarto eſt idẽ qđ iuxta. Iñ apotheo
ſis.i.diuina reuelatio: ab apos.i.iuxta
& theos deus q̃ſi iuxta deũ ſaltẽ men
tis in recordatione. Quinto eſt retro.
Inde apoſtata.i. ꝑuerſus: renũcians:
refuga. q̃ſi retro ſtans a bene agendo.
Sexto eſt idẽ quod re: a q̃ & a ſtolon
miſſus dicit̃ apoſtolus. Vel apoſto/
lus dicit̃ ab apos qđ eſt de: & ſtolon
miſſio: q̃ſi demiſſus.i. de cęlo vel a
deo miſſus vel q̃ſi remiſſus.ſ. ad di/
uerſas terras. Septimo eſt negatio. Iñ
& a phraſis loquutio apophraſis q̃ſi
negatiua loquutio.
Archos.i.princeps. Inde architriclinꝰ
princeps triclinij: qđ eſt domus trina
ſeſſione cõuiuantiũ ordinata.
Arctos.i.vrſa: q̃ & ſeptẽtrio dr̃: q̃a ex
ſeptẽ ſtellis cõſtat. Iñ arctus ti. ꝑ co/
dem. Iñ etiã & a phylaxe ſeruare: vel
philos.i.amor: arctophylax q̃ſi ſer/
uãs vel amãs vrſam: q̃a eã ſp ſequit̃
Ares.i.virtus. Iñ & a pagos villa ari
opagus: q̃ſi villa virtutis.ſ.athenę.
Argyros.i. argentũ: vñ olim denariꝰ
argẽteus argyrus dicebat̃. Iñ & a phi
los philargyria.i.amor pecunię.
Arna.i.agna. Inde arnagloſſa herba ẽ
quę aliter dicit̃ plantago.
Arpe.i.rapere. Iñ arpax acis. vncus fer
reus quo arripit̃ quod in puteũ cadit
Arſis eſt eleuatio vocis.i.initiũ: & cõ
uenit acuto accentui.
Artos.i.panis. Iñ & a copos.i. labor
dicit̃ artocopus.i. panis cũ labore fa
ctus ad opus dñi. Inde etiã artocrea:
panis cõtinens carnes.ſcʒ.ein paſtet:
oder krapff: vel ſimilia.
Aſcli.i.vter. Iñ aſclides.i.hydropicus
& tumidus ad modũ vtris.
Aſter.i.ſtella: a q̃ & icon qđ eſt ima/
go vel ſignũ dicit̃ aſtericus vel aſte/
riſius ſm alios. & eſt figura facta ad
modum ſtellę.
Aſtin.i.ciuitas. Iñ & a medius media
ſtinus.i.in media vrbe manens: & ꝓ
aſtinus: q̃ſi ꝓcul ab vrbe manens.
Atas.i.leuitas: a quo & lentos plenũ:
athalanta quędã auis propter veloci
tatẽ: quaſi plena leuitate.
Athanatos.i.ĩmortalis: ab a.i. ſine: &
thanatos mortalis.
Aule.i.cãnula vel tybia. Inde hic au/
les lis. & auledus.i.tybicen: & corau
les q cũ cãnulis cantãt in choro. Etiã
aulę arũ. ſunt fiſtulę organorum.
Autentin.i.autoritas. Iñ autor: & põt
dici quilibet excellens ꝑſona.
Abba ſyrũ nomẽ interpretat̃ pater. Iñ
abbas pater monachorũ. Iñ etiã & a
ſalon pax abſalon: q̃ſi pax patris per
cõtrariũ: quia patrẽ inſequebat̃.
Abbatos gręce.i.acceſſibilis latine.
Abraam eſt pater multarũ.ſ. gentiũ.
Acros.i. leue: a q̃ & ʒima.i. fermentũ
acriʒimus panis leuiter fermentatus.
Acros etiã eſt mõs. Inde tenacria.i.ſi/

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-135531-p0088-8

cilia: a tris. i. tres: & acros mons.
Achalma vel agalma. i. abſcōdita virgo vel ſedes trinitatis: vel eſt ſimulacrum. Sed iam dicitᷓ alma.
Adonay interpretatᷓ dominus.
Adar hebraice dicitᷓ menſis martij: & acuitur in fine.
Adā adę interp̄tatᷓ hō vel terrenus.
Aaron hebraice interp̄tatᷓ mōs fortitudinis: & eſt propriū nomen viri.
Aphoriſmus grece. i. ſeparatio latine: eſt ſermo breuis integrū ſenſum habens. Etiā aphoriſmi ſunt foramina in naui per quę remi emittunᷓ.
Agon grece dicitᷓ pugna: ein kampff.
Adelphus grece. i. frater latine: vnde Teren. fecit comediā q̄ dicitᷓ adelphi.
Abdemen grece: pinguedo carnis latiē
Abſidia grece: lucida latine.
Acholytus grece ceroferarius latine.
Acis grece cura latine.
Acinon incus latine.
Adama hebraice humꝰ vł terra latine
Adon ſuauitas.
Adros grece petra.
Altes. i. premens.
Amathi interpretatur veritas.
Anapeſtus grece repcuſſus latine.
Anomia iniquitas.
Aſſiſteriū grece monaſteriū latine.
Atomia grece debilitas ſtomachi
Apocalipſis interpretatᷓ reuelatio.
Apompeius grece emiſſarius latine.
Arpe grece. i. rapere latine.
Azoes. i. fluxus. Inde azura quidā color tenax & nobilis & blaueus priꝰ: repertus a Salomone ſm Alexandrū nequam.

BAchin grece. i. gradus latine.
Balanon. i. glans dis. Iñ Balanus media correpta quedā arbor: & ſm aliquos genus eſt quercuum.
Balin. i. iacere: emittere vel effundere. Inde balena quidā piſcis effundens vel iaciens aquā altius cūctis beluis maris. Inde etiā baliſta a balin & haſta quoddam genus tormenti.
Balinon. i. balneum: a balin & noys mens: quia anxietatem animi tollat.
Baptes. i. flumē aq̄ vel ſacrū. Iñ baptiſmus mi. baptiſmū mi. & baptiſma atis. i. inunctio: tinctio vel lauatio.
Bar lingua ſyra interp̄tatᷓ filius. Iñ & a tholos. i. ſummitas & moys aq̄ bartholomeus: quaſi filius ſuſpendentis aquas. i. dei: qui mentes doctorū ſurſum eleuat: vnde inferiꝰ aquas diſtillat. Vel dicitᷓ a bar. i. filius & tholomon regnās quaſi filius regnātis. A bar dicitᷓ bariona: filius columbę.
Bari. i. graue vel forte. Inde baro onis homo nobilis & fortis.
Baſileos vel leon. i. rex. Inde bachin. i. brachę linee ad genua ſtringentes.
Batin. i. gradus: a q̄ & cenon funis cenobates: q ſupra funes graditᷓ.
Baſan interpretatᷓ ſiccitas vel cōfuſio.
Baton nauis vł materia. Inde et ab hyper ſupra hyperbaton: quaſi tranſcendens loquendi materiam.
Bele. i. mens.
Bath linum dicitᷓ.
Ben. i. filius. Vnde dicitur Ioſue. Ben nun. i. filius Nun.
Bepho. i. puer vel iuuenis: A quo bephotrophiū locus venerabilis vbi pueri vel infantes aluntᷓ: a bepho & trophos conuerſio.
Beth eſt ſecūda litera apud hebreos: a qua greci dicūt bethā ſecundā literā: & a betha nos dicimus b. Et beth interpretatᷓ domus. Iñ & a leem panis bethleem: quaſi domus panis: ꝓpter verum panē ibi incarnatum.
Bes. i. octo vncię. Byos. i. via.
Byrros. i. lacus. Byſſe. i. octo vncię.
Boys. i. bos ſm Papiā. Iñ boya ę. torques dānatorū: q̄ſi iugū in boue.
Bole. i. ſentētia. Inde amphibologia. i. ambiguitas ſentētię: ab amphi. i. dubiū: & bole ſentētia: & logos ſermo: vt verū eſt canē comedere panem.
Boron. i. vorare. Iñ cerberus canis infernalis: quaſi creos borans. i. carnes

ꝑ mutationē b ī u. Inde etiā barathrū
quaſi voratrū: nec vorans antrum.

Brachos.i.breue. Inde amphibrachus
pes cōſtans ex prima breui: ſcd'a lon
ga: tertia breui: vt amare docere. Ab
amphi.i.circū & brachos breue.

Branchos.i.faux. Inde branchus gut/
tur piſcis: vbi cognoſcit an ſit putri/
dus vel recens.

Braten.i.lamina auri. Inde bractea &
bracteola pro eodē.

Brios vel bria.i.mēſura. Inde & a ſos
.i.cū: ſobrius.i.modeſtus: tꝑatus q̄ſi
cū menſura: & Ebrius q̄ſi extra men
ſuram.

Briſin.i.exprimere: elicere vel vulgare
Inde briſare: vꝫdrucken. Inde briſeus
.i.deus vini.ſ.bacchus: quia ille pri/
mus docuit elici vinū de vua: lac de
mām̄a: mel de fauo.

Broge.i.fides. Inde allobroga generis
cōis: ab allon quod eſt alienū & bro
ge: quaſi alienatus a fide.

Bromin.i.comedere vel cōſumere. In
de bromius vel bronius.i. bacchus:
wein. quia ꝑ bacchū oīa cōſumunt:
quia dat appetitū comedendi. Inde
etiā bruma.i.hyems: quia ęſtate adq
ſita tunc conſumunt.

Brunda.i. cornu vel caput cerui. Inde
brunduſium ciuitas quędā ad modū
cerui diſpoſita.

Bucolon.i.cultura boum. Iñ bucolica
orū q̄dā liber virgilij tractās de agri
cultura. Etiā dicit bucolicus a um.i.
bouinus vel de bobus tractans.

Bus.i.bos. Inde & a calmon oculus:
bucalmon.

Boanerges.i.filius tonitrui.

Bethel.i.domus dei: vel dicit hieruſa/
lē. Vñ legit in Geñ. qñ Iacob accepit
benedictionē patris &c. Et nota ꝙ
hieruſalē habet plura noīa in ſcriptu
ra: vt infra in litera S.

CAcos.i.malū. Inde & ab
ethis mos: cacethes tis.i.ma/
lus mos.

Calchos.i.ęs vel fex. Inde & ab aurū
auricalchū quoddā metallū ex diuer
ſis metallis cōflatū habēs ſilitudinē
auri & ęris: auri in ſplendore: & ęris
in duricia. Vel auricalchū dicit qua/
ſi fex auri.

Calipſon.i.velare. Iñ & ab apo.i. re/
apocalipſis q̄ſi reuelatio manifeſta.

Calon gręce.i.bonū. Inde & a demon
ſciens calodemon quaſi bonū ſciens
ſicut angelus bonus.

Cabul lingua phęnicū eſt diſplicere.

Cacoſia gręce eſt mala vexatio.

Calo.i.voco. Iñ calo as are.i.vocare:
& calendę arū. quidā dies menſis.

Calon.i.lignū. Iñ calatus.i. caniſtrū
ex ligno factū. Vel dicit calatus a ca
lo as.i.pono: quia in caniſtro ponun
tur penſa vel aliud.

Cami vel chami.i.breue vel humile.
Inde cama mę. genus lecti breuis. In
de etiā camus pars freni: & cāpus pi
.i.planities terrarum.

Camur vel camerin.i.curuū. Iñ camu
rus a um .i.curuus: & camera locus
vbi cubamus: q̄a quandā curuaturā
ſolet habere ſuperius: quę teſtudo vl'
lucanar dicitur.

Canon.i.regula. Iñ & ab icos cuſtos
canonicus.i.cuſtos regulę.

Cardia.i.cor. Iñ cardiac⁹ q̄ patit mor
bū q̄ dicit cardia.i.pulſum cordis.

Charis.i.gratia. Inde chariſma.i. gra/
tia vel donū gratię: & ſic de alijs.

Carpos.i.fructus vel ſemen. Iñ carpo
balſamū.i.fructus vel ſemē balſami

Caſma.i.porticus aeris vel terrę: lati/
ne dicit fulgethra. Inde caſmatiſo is.
verbū exceptę actionis: ſoli deo con
ueniens ſꝫm Huguitionē.

Cata eſt ęquiuocū.ꝟ. De per & ab iu/
xta fluxū generale notando: Dat cō/
mune cata: breuitatē ſignat & auget
Primo eſt de. Iñ & a gore dicere cate
goro as.i. ſignificare vel p̄dicare: &
ꝓprie q̄ſi de aliq̄ vt de ſubiecto p̄di/
catū. Inde catagoria.i.prędicatū: p̄di
catio vel ꝑcatio. Secūdo eſt ꝑ. vt cata

antiphraſim.i.p antiphraſim: ibi ca
ta tenet p appoſitionē. Tertio eſt ab:
vt catachreſis.i. vſurpatio alieni no-
minis cū ppriū deeſt: vt cum parrici
dā dicimus qui fratrē occidit: & piſci
nā q piſces nō habet. Et dicit a cata
.i.ab & chreſis vſus: qſi abuſio nois
Quarto eſt iuxta. Inde & a plaſma ca
taplaſma.i. emplaſtrū qd iuxta vul
nus ponit p dolore mitigādo: vel di
cit cataplaſma a cata.i. ſupra & plaſ
ma. Quinto eſt fluxus. Inde & a ri-
nos.i.naris catarrus.i.fluxus naris.ſ.
reuma tis a naribus. Sexto eſt idē qd
vniuerſale. Iñ cataclismus.i.diluuiū
vniuerſale: ſicut fuit tpe Noe. Septio
eſt cōmune. Inde & a licos adherens
catholicus a um. qſi adherēs cōi fidei
Octauo eſt breue. Inde & a logos ſer
mo vel ratio catalogus.i. enumera-
tio ſeries vel breuis deſcriptio vel iu
ſtorū numerus: qſi ſermo multa bre
uiter cōprehendēs. Nono notat aug-
mentū. Iñ & a phraſis locutio cata-
phraſis qſi augēs locutionem.i.affir
mans: vt dicendo Sortes currit verū
eſt. Inde cataphaticus a ū.i. affirma-
tiuus.
Cathas .i. ſedes. Iñ & ab edra ſponda
cathedra: quaſi ſpondata ſedes.
Cauma.i.incenſio. Inde caminus ſm
Papiā. ſm Catholicon dicit camin9
a campſo quod eſt flectere: quia flā-
mas in ſe reflectit.
Cauſtos.i.incēſum. Inde & ab holon
totū holocauſtū .i. ſacrificiū quod
totaliter incendebatur.
Cedron.i.cedrus. Inde cedrus. Etiam
cedron eſt nomen fluuij vel loci: vt
in paſſione Ioannis legitur.
Cenon vel cenos.i.cōe. Inde cenobiū
.i. monaſteriū vel habitatio pluriū
hoīm in cōi viuentiū: & dicit ceno
biū a cenon & habito & bios.i.via.
Cenon.i. vacuū: a q & taphos lapis
Cenotaphium.i.vacua ſepultura.
Cenon.i.nouū. Inde & ab en.i.in en-
cenia orū.i.initiatiōes vel initia no-
ua feſta: ſicut dedicationes eccleſiarū
Cenon.i.funis: a quo & batin gradus
cenobates.i.funambulus.
Cephas vel cephalim.i.caput. Inde
Cephas phe.i.petrus: & cepe indecli-
nabile: vel cepa pe.herba quedā.
Cerdon.i.coriū. Iñ cerdo onis q pga-
rat coria. Etiā dicit ſutor ſm Papiā.
Ceros vel ceron.i.cornu a q & egle
capra egloceron.i.capricornus.
Cherſon.i.terra: a quo & hydron aq:
cherſidrus ſerpēs qui alternatim mo
do in terra: modo in aqua morat.
Ceſos.i.elephas. Inde cęſar aris: qa pri
mus ceſar ſingulari certamine deuicit
elephantem.
Ceſtos vel ceſton.i.cingulus veneris:
quo vtuntur in legitimis nuptijs.
Chaos.i.cōfuſio. Papi. Chaos vo di-
cūt gręci materiā coeli & terre ɔfuſā
Chelim.i.cythara. Iñ chelis is p eodē.
Chelon.i.curuū. Vñ chelon vel chele
dicit brachiū vel crus pter curuita-
tē: a cheli & peri.i.circū dr perichelis
idis.i. ornamentū mulieris circa bra
Chere.i.ſalue. Inde cheruca cę.i.(chia
ventilogiū: qd ponit ſup conū tēpli
mali: quia videt ſalutare ventos ver
tendo ſe ad eos. Iñ etiā dicit chere cę
ſar amicos.i.ſalue ceſar inuicte.
Chille.i.labiū. Inde & ab a ſine achil-
les: quaſi ſine labijs: p cōtrariū: quia
groſſa habuit labia.
Chimus.i.humor. Iñ & a catos catho
chimus.i.fetor vel humor naris.
Chios.i.filius: a quo & eu bonum eu
chius bonus filius.
Chryſos.i.aurū. Inde hypocrita qua-
ſi ſubauratus: qui fingit ſe talē qua-
lis non eſt.
Criſis.i.ſecretū. Iñ & ab apo i.de apo
criſarius.i.ſecretarius: conſiliarius.
Chriſis.i.iudiciū. Inde chreticus ci.i.
iudex vel medicus: & chreticus a ū.
Vnde dies chretici ſunt in quibus ſu
mit iudicium infirmitatis: an homo
debeat conualeſcere vel nō. vñ. Aurū
iudiciū ſecretū dat tibi chriſis.

Ciclon.i.rotundū vel orbis.Iñ ciclus eſt circulus: & ciclas adis quoddā genus pallij circūtextū cōtinens multos ciclos.Etiā eſt inſula.

Chile.i.mille.Inde chiliarcha qui prę eſt mille militibus.

Cimis vel cimen.i.dulcis: a q̄ & ſteribon ſtatio cimiteriū:quaſi dulcis ſtatio corporū: vel dicitur cimiterium a cinis: vel a cis.

Cyne.i.eniti vel cingere. Inde cuna q̄ſi cina.i.crepundium.

Cinos:canis. Inde cinomia eſt muſca canina: & cinedus a um.i.caninus.

Chiros manus.Inde chirotheca quaſi manuū tectura vel repoſitoriū: a tego gis.vel theca repoſitio. Iñ etiā Chirurgicus.i.medicus manualis.

C[illegible]ma eſt C tertia litera apud grecos. Etiā eſt diuiſio vel hereſis.

Cleos:gloria. Inde enclytus eſt valde glorioſus.

Cleros.i.ſors vel hereditas.Iñ clericus quaſi de ſorte domini: vel quia dñs ſors & pars clericorū eſt.

Clima grece dicit̄ gradatio.Iñ climax acis quidā color rhetoricus.

Cline lectus.Inde clinus lectus: & clinicus.i.paralyticus.

Cliſis declinatio: a quo & eteron variū eterocliſis.i. varia declinatio.

Cholon vel cholos.i.fel vel aliud inteſtinū.ſ. culare ſm Papiā. Inde colus pro eodem.

Comos.i. villa: a quo & oda cantus Comedia: villanus cantus.

Condilos:nodus digitorū.Iñ condilomaticus eſt nodoſus puſtuloſus.

Conon:acuta & alta rotunditas.Iñ conus eſt ſummitas galeę vel curuatura quę ſup galeam ponitur.

Copos inciſio.Inde ſincopa & apocopa ſunt quędam figurę.

Copos labor.Inde & a chiros manus chirocopus.i.vnguentarius q vēdit vel operat̄ vnguenta. Idē dicit̄ mirocopus:a miron vnguentū & copos.

Choragyos.i. ſuffragiū. Iñ choragiū ꝓ eodē: vł eſt virginale ſignū vł virginalis pōpa circa mortuū in quibuſdā locis.Sed corragiū per duo r a cor & ago is.eſt illud quod ex toto & intimo corde petitur.

Coſmos mundus.Iñ coſmus ꝓ eodē: & coſmographus q deſcribit mūdū

Coſte: Decas: Gētos idē ſcāt ſicut decē. A coſte pentecoſte. Vide in Penta

Cote inciſio. Iñ cos cotis durus lapis acuens ferrū ad incidendum.

Craſin vel craſis.i.vinū.Iñ mellicratum potus ex melle & vino cōfectus

Craſin.i. natura; Inde & ab eu qđ eſt bonū eucraton apđ grecos: & eucratis apud latinos.i. bona natura vł cōplexio. Inde eucraticus a um.i. bene complexionatus.

Cratin: innectere.Iñ crater vas vinariū: & cratis & craticula q̄ patent.

Creos.i.caro.Iñ & ab artos panis artocrea paſtillus: & creagra.

Creperon dubiū: inde crepuſculū dubia lux.ſ.hora q̄ eſt inter diē et noctē

Creſis iudiciū. Inde creticus a um. iudicialis vel determinatiuus. Catholicon dicit ꝙ creticus dicit̄ a cerno vel a criſis ꝓ iudicio: & ſic nō facit mentionē de creſis.

Crepida grece: latine ſolea: teu.ſole.

Croma grece dicit̄ color latine. Iñ cromaticus a um. qui colore nō cōfunditur: nec colorem mutat.

Chronos tēpus. Iñ chronicus a um. tēporalis vel terrenus: & chronica orum tpa vel temporū ſeries vel ordo: vel vbi deſcripta tempora cōtinent̄: vel facta diuerſorū temporum.

Cubon ſolidū vel firmū. Inde cubus: figura ſolida q̄ longitudine latitudine & altitudine cōtinet̄: ſicut teſſera vel decius. Iñ cubitus ti. numerus ſolidus habēs in ſui denominatiōe tres voces: vt bis duo.i. octo: ter tria ter .i.xxvij. & idem numerus dr̄ cubus

Carpos grece: fructus vel ſemē latine.

Cherſon grece terra latine.

Chidon interp̄tat̄ ſcutū vel clypeus.

Choa eccleſia vľ cōgregatio interp̄tať
Gopus grece panis latine.
Cumi interpretatur ſurge.

DActiloy.i.digitus.Inde
Dactylus.i.fructus palma/
rū: quia digitorū ſimilitudi
nem imitari videť. Etiā eſt quidā pes
Et ꝑ digito & anulo ponitur.
Deca vel decas.i. decē. Inde Decalo/
gus.x.p̄cepta legis: & Decapolis ci/
uitas vel regio q̄ decē habet ciuitates
Dedalon doctus. Inde quilibet ingeni
